DISCURSUS JURIS PUBLICI DE FORO COMPETENTE IMPERATORIS, REGISQUE ROMANOR. ITEMQUE STATUUM, AC MEMBRORUM IMPERII NOSTSRI ROMANO-GERMANICI,

Ante aliquot Menses quidem

SUB PRAESIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AC CONSULTISSIMI,

DN. JOHAN-VOLK. Bechmans /

JCti, ac P. Publ. celeberrimi &c. tunc temporis Facultat. Juridic. Decani spectatissimi.

Publicè ventilatus, jam verò demùm publicæ luci datus

ab

AUTORE

JOHANN-FRIDERICO GEORGI, J.U.Ddo.

JENÆ, Typis ac Sumptibus GEORGI SENGENWALDI
ANNO M.DC.LXIV.



B. L. S.

INſvetum hujus opuſculi Titulum ne aliorſum, atque ego feci, accipias, exiſtimavi è re eſſe, ſi veram, ac ſolidam hujꝰ rei cauſam exponerem. Ingreſſus anno ſuperiori materiam hanc nobilisſimam, labor, ex ſui ipſius jucunditate, non ſentienti mihi ſuccrevit, ita, ut ex paucis pagellis, quas ſpeciminis loco, publicæ in cathedra disquiſitioni exponere ſuſceperam, paulò plures, quàm pro ſolito Diſputationis modo enatæ viderentur. Motus hinc Typographus, negabat, ſumptibus ſe ſuis, ſicut promiſerat, ac typis, Diſputationis ſub Titulo editurum. Sed cùm alia, quæ tum temporis inſtabant, negotia, moram hanc nō paterentur, excerptis ex integro Diſcurſu ſummariis, & Dnn. Opponentibus communicatis, ſub Præſidio Viri Nobiliſs. Excellentiſs. ac Conſultiſs.

Dn. Johann-Volk. Bechmanni, JCti, ac P.P. famigeratissimi, &c. Affinis mei, atque Patroni colendissimi, publicè eum ventilandum proposui. Quoniam verò jam tum prælo subjici cæptus erat, ex quorundam hortatû, quamvis penè invitus, & ut Typographi satisfacerem querimoniis, integrum, nec auctum, nec mutatū, nisi quoad Titulum, nunc typis exscribendum dedi. Ita habes B.L. hujus, quæ videbatur subesse, novitatis causam, quâ haud difficilem abs Te veniam impetraturum me confido. Vale. Scribeb. Jenæ Quarto Nonas JanuarI. Anno Chr. M. DC. LXIV.

Autor.

Prælo-

PRAELOQVIUM.

JUdiciorum in Repub. utilitatem, ac necessitatem, operosè hic exponere, supervacuum censeo, cùm neminem hactenus viderim, qui hanc in dubium vocavit. Id saltē præmitto, Reges quidem, ac Principes in hunc præcipuè finem initio creatos, ut Jus, & Justitiam administrarēt populo, causasq; inter litigantes controversas sententiâ suâ deciderent. Postquàm verò, auctâ multitudine civium, litium quoq́; materies indies augeri cæpit, adeò, ut omnium causarum cognitioni, decisioniq́; Rex unus sufficere non potuerit; factum est, ut plures constituerentur Judices, qui de levioribus causis cognoscerent, graviora verò ad Regem, seu superiorem deferrent, exemplo Moysis, consilium Jethri sequentis. Exod. 18. v.19. Hunc morem tùm apud alias gentes moratiores, tùm inprimis apud veteres Germanos observatum fuisse, ex iis, quæ *Lehm. Chr. Spir. p. 56. seqq.* latè recenset, deprehendere possumus.

Judicum autem institutorum ratio hæc erat, ut non omnes, de omnibus promiscuè causis, neq; inter omnes personas, Jus dicere valuerint; sed quò major erat causa, digniorq; persona, eò majorem, & digniorem quoque habebat Judicem. Hinc Jure Romano dispositum videmus, ut non idem, qui in civilibus judicare poterat, criminalium quoq; causarum decisionem haberet; sed hæc primùm penes universum Populum erat, qui deinde specialiter quibusdam magistratib9 eandem concedebat. Porrò ex eodem Jure scimus, judicem aliū fuisse illustrium & clarissimorum; alium plebejorum; alium clericorum; alium itidem laicorum. Ut proinde ad non suum vocatus Judicem, fori exceptione se defendere possit. Qvæ cùm ita sint, plurimùm sanè refert, scire, quis personæ, adversus qvam, & rei, de qva qverimoniam movere volumus, judex sit constitutus competens. Et cùm præterea in Repub. benè ordinatâ nulli, & adversus nullum, Justitia sit deneganda. Qvæ etiam non minus Principibus, qvàm subditis, vitæ normam præscribit, adeò, ut eam planè violans Regis nomine indignus

dici

dici mereatur. Qvapropter prudentes Principes vix futurũ cernentes, ut iniqvitatis ſuſpicionem effugere posſint, ſi in propriâ cauſa ipſi judicarent, ſpontè ſe, ſuaqve negotia, aliorum Judicio ſubmiſerunt. Ita enim effectum iri ſperabant, ut nemo ex ſubditis tàm audax inveniretur, qvi Judicum ſententiis reſiſtere contumaciter perſeveraret, ſi ſummum Principem cerneret Judicũ decretis ſpontè obtemperantem. Atq; utilisſimum hunc Judiciorum ordinem in noſtro qvoqve Imperio, qvo nullum Majeſtate, & Juſtitiâ auguſtius dici poteſt, conſpicere poſſumus. Nullum in eo invenire licet, qvi non ſuum agnoſcat Judicem. Nullum, inquam, qvi potentiæ ſuæ, vel Majeſtatis robore fretus, impunè delinquere audeat. Qvoniam non Principes modò, ſuorum ſinguli territoriorum Capita, verùm ſupremus etiam eorum, & Caput omnium, Auguſtisſimus Imperator, habeant, qvibus facti ſui, vel æqvi, vel iniqvi rationem, in hiſce etiam terris reddere tenentur. Et, utut amplisſimis alioqvin præfulgeant Juribus & privilegiis, hoc tamen privilegio non gaudent; vel ut rectius

forte

fortè dixerim, gaudere nolunt, qvo omnem Judicum censuram evitare valeant. Judicum autem horum, Judiciorumq; cùm tanta sit dignitas, tantaqve Majestas, ut metuendum sit, ne dicendo de iis, contra reverentiam tantæ Majestati debitam, qvid imprudenter efferatur; religioni penè mihi duxi, pro cathedra præsentem materiam tractare. Recordatus tamen, gloriæ potiùs & laudi Reipub. nostræ cedere, de sancto hoc Juris, Justitiæq; regimine, qvid dixisse; Ideò constitui, de Augustissimi nostri Imperatoris, tanqvam Reipub. nostræ Capitis, ut & de Serenissimorum, Potentissimorumqve Imperii Procerum, tanqvam præcipuorum ejus membrorum Judice, & foro competente, eâ qva par est, reverentiâ, pro ingenii mei viribus pauca disserere.

THE-



THESIS I.

IMperii nostri Romano-Germanici [a]. Caput [b]. est Imperator [c]. invictissimus: Qui ab aliquo impetitus [d]. Judicem agnoscit [e]. non Papam [f]. sed modò Palatinum [g]. modò Concilium Electorum: prout exigunt causæ, [h]. ob quas fuerit impetitus.

SUMMARIA.

1. *Imperium nostrum rectè dicitur Romanum.*
2. *Respondetur ad contraria.*
3. *Non nisi Germanus in Imperatorem eligendus.*
4. *Imperium nostrum originem habet à Romanis.*
5. *Recensetur Historia de translatione Imperii à Romanis ad Germanos.*
6. *Donatio Constantini Magni est fictitia.*
7. *Si facta esset, valida non esset.*
8. *Imperatores Constantinopolitani ante Carol. M. Italiæ Domini fuerunt.*

9.10. *Quomodo Carolus M. Longobardos ex Italia expulerit, eamq; occupaverit?*

11. *Carol. M. exercet Jurisdictionem secularem & Ecclesiasticam in Italia.*
12. *Carol. M. in Imperatorem Rom. eligitur.*
13. *Imperium ad Germanos transfert.*
14. *Imperator Romanus est summum Caput Imperii.*
15. *Est supremus omnium Regum.*
16. *Quod probatur testimonio Alphonsi.*
17. *Itemque testimonio Turcæ.*

18 In cujus aula Imperatoris legati omnibus aliis preferuntur, ut exemplo illustratur.
19. Et sedentes mandata sua exponunt.
20. Imperatoris nomen Ducibus belli olim fuit commune.
21. Sed posteà Regibus Roman. appropriatum.
22. Imperator actoris partes sustinens, an Palatinum Judicem habe-(at?
23. Affirmativa proponitur.
24. Rejicitur, & Negativa approbatur.
25. Princeps summus in propria causa judex esse potest.
26. Dissvadetur hoc, & aliud consilium datur.
27.28. Quod approbant multi Reges Ethnici & Christiani.
29. Germaniæ Reges semper suos agnoverunt Judices.
30. Probatur testimonio Sigismundi Imperatoris.
31. Pontifex an Judex Imperatoris?
32. Affirmant Pontificii.
33. Rejicitur eorum prior ratio: quod Pontifex sit Christi Vicarius.
34. Refutatur altera ratio: quod Imperium sit feudum Pontificis.
35. Pontificum probatio: quod Carol. M. Pontifici fidelitatem juraverit, improbatur.
36. Pontificiis testimonia sunt domestica, & rejicienda.
37. Frider. II. Pontificis citationi meritò non paruit.
38. Suprà dicta Pontif. assertio publico statuum decreto damnatur.
39. Origo: unde Palatinus sit Judex Imperatoris, exponitur.
40. Scilicet ex Veteri Judiciorum Institutione.
41. Comites Palatini qui olim dicti fuerint?
42. Comes Palatinus Major appellationes recipiebat.
43. Exposita suprà origo verificatur.
44. Goldastus aliam tradit originem.
45. Sed improbatur per rationem.
46. Prior impugnatur, & defenditur.
47. Alia objectio contra eam movetur.
48. Resp. Negando: Imperatorem ita fieri Palatino subjectum.
49. Non necesse est, Judicem esse superiorem.
50. Quo in loco Judicium hoc instituatur?
51. In quibus causis Palatinus sit Judex?
52. In civilibus, & obligationibus ex contractu descendentibus.
53. In criminalibus quis Judex?

A) AN Imperium nostrum rectè dicatur Romanum, 1.
quæstionis est? cum affirmantibus tamen facere tutius videtur. Etsi enim non amplius sit penes 2.
Romanos, sed à Carolo M. ad Germanos translatum, ipsisque adeò appropriatum, ut nullus, nisi origine Ger- 3.
manus ad recipienda ejus gubernacula admittatur. *A. B. tit.2. Domin. Arumæ. tr. d. Comit. c.7. n.84. & c 8 n.29.*

Quoniam tamen originem à Romanis habet, quar- 4.
tæque adeò Monarchiæ titulo præfulget. *Joh. VVurms. Ex. 1. quæst 7.* non malè Romano-Germanicum dicitur, & supremi ejusdem Gubernatores, Romani Imperatores vel Reges. Quod passim in R.I. fieri videmus. Reformation

Kayſ. Friderici des Dritten d. Ao. 1442. R. I. d. Ao. 1521. *Limnæ. J. p. lib. 2. c. 15. n. 9. ſeqq. & lib. 1. c. 4.*

Cùm verò ex notitiâ translationis Imperii noſtri ad Germanos, multæ hûc ſpectantes controverſiæ decidi queant, breviter eam ex Autoribus recenſebo.

5.

Ante Carol. M. Italia, occidentale complectens Imperium, maximam partem adhuc parebat Imperatoribus
6. Conſtantinopolitanis. Quamvis n. Donationē Conſtantini M. cujus mentio fit in *c. Conſtantinus 14. diſt. 96.* multum exaggerent Pontificii, ejusque vi coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus accidentalibus tribuant Pontifici. Perperàm tamen hæc aſſeri, immotis fundamentis alii defendunt. Tùm quod incertum, & imò falſum ſit, talem donationem unquam factā eſſe: utpote quæ 1. incertos & à ſeipſis multùm diſſentientes autores habet. *Arniſæ. c. 6. d. Donat. Conſtant. num. 2. 3.* 2. ipſo Conſtantini facto, Italiam, & Romam cùm reliquis regni ſui Ditionibus inter filios ſuos diſtribuentis, infringitur, ut ex *Zoſimo refert idem Arniſ. d. c. n. 4. Limn. J. pub. lib. 1. c. 9. n. 40.* ubi plures alias rationes fictam hanc donationem deſtruentes allegant. add. *Reink. lib. 1. cl. 2. c. 8.*
7. *n. 54. ſeqq.* Tum, ſi maximè facta eſſet, valida tamen eſſe non potuiſſet: Sicut itidem latè probat. *Reink. d. c. 8. n.*
8. *85. ſeqq. Arniſ. d. c. n. 11. & ſeqq.*) qui etiam poſt Conſtantinum in Italia, & ipſa Urbe Roma dominati ſunt, usque ad Auguſtulum, quo ejecto cùm ſucceſſerint Gothi, & ipſi Regum Romanorum nomen uſurparunt, Romæque dominat ſunt. Poſteà Exarchi, licet Romæ non habitarent, urbi tamen, unà cum reliqua Italia leges dederunt, donec Longobardi totam penè Italiam, exceptâ Roma ſub ſuam poteſtatem redegerint, invalidis contra eos Græcorum
9. Imperatorum viribus. *Arniſæ. c. 5. d. Donat. Conſtant. n. 5.* Hac

tempe-

tempestate Carolus, Pipini patris, Regis Francorum successor, ob heroica sua facta Magnus cognominatus, cùm victricia sua arma longè lateque per Germaniam circumtulisset à Romanis, & Hadriano, Pontifice contra Desiderium Lomgobardorum Regem, Romæ jam imminentem, in auxilium imploratus, communi Procerum suorum cõsensu expeditionem in Italiam suscepit. Ubi, capto in Urbe Papiâ Desiderio, totam Longobardorum ditionem sui Juris fecit. Posteaque susceptâ secundâ expeditione 10.
contra Argisum, Ducem Beneventanum, hujus quoque universa dominia acquisivit. *Arnis c. 7. d. translat. Imper. n. 13. Limn. J. pub. lib 1. c. 5. n. 7. 8.* Atque hac ratione Carolus Magnus Italiam occupavit, ejusque administrationem quibusdam Ducibus demandavit. *Sigon. lib 4. Ann. Franc.*
Prætereà per LL. & magistratus institutos probè ordina- 11.
vit, convocatòque concilio, cui Pontifex Hadrianus, & 153. Episcopi, Abbates, & Prælati interfuerunt, decrevit: ut Pontificis confirmatio, omniumque Episcoporum institutio penes se sit *Gratian distinct 63. c. in synodo. 23.* Et posthac Carolus sibi ipsi sæpè adscripsit titulum Patricii Romanorum: uti constat ex ejus *Epistola ad Episcop. Toletan. An 794.* Tandem verò ortis inter Pontificem, Leonem III. & Romanos dissidiis, Carol. M. denuò *Anno 799.* cum Exercitu in Italiam delatus, dissidiorum causas cognovit, delinquentes suppliciis affecit, omniaque ritè per totam Italiam disposuit. Quo facto, Anno 800. ipso Die Nati- 12.
vit Christi, summo cum applausu universi Populi Romani, præsentibus cum Papa omnibus Episcopis Italiæ, Principibusque in Imperatorem Romanum promotus, & à Leone III Pontifice coronatus est; acclamante Populo hisce verbis:

Carolo Augusto. A Deo Coronato. Magno & Pacifico.
Imperatori Romanorum. Vita & Victoria

Quibus peractis, Pontifex cum omnibus Episcopis, Principibus, & toto Populo in genua coram Carolo procubuit, ipsumque Dominum suum agnovit. *Ann. Franc. in vita Carol. apud Pithin* sicut latè hæc recenset. *Lehm. Chron.*
13. *spir. lib 2. & lib 3. Arnisæus d translat Imperii n. 13. & 14.* Ita Carolus M. natione Germanus, Imperium propriâ vi ac virtute nactus ad posteros suos Germanos transmisit, cui fortissimæ genti hodiamnum adhæret firmissimè.
14 B.) *textus A. B tit. 2.* §. Ich *N.*-Ertzbischoff. *ibi:* ein weltlich Häupt *R. J. d. An. 1530.* §. dergleichen Wir. *ibi:* als Römischer Käyser und Häupt. *Et d. An. 1566.* §. Und nachdem denn auch weniger. *ibi:* Wie wir denn als Römischer Käyser/und das Oberhaupt im H. Römischen Reich.
15. Et imò omnium Regum, ac Principum supremus dicitur. *Menoch. consil. 191. lib 2. c. 23.* Cui etiam omnes Reges
16. præeminentiam lubentes concedunt: exemplum esto Alphonsus, Rex Neopolitanus, qui cùm Friderico Imperatori, ad se venienti dextram concessisset, obque id, tanquam Majestati suæ minus congruens ab aulicis admoneretur, ita iis respondisse dicitur. *Vestrum non est judicare de Regibus. Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi, qui est caput, & Dux Regum. Reink. d. regim. secul. & Eccl. lib. 1. cl 2. c. 7. n 18. & VVendel. lib. 2. po-*
17. *lit. c. 30. th. 1.* Neque Turcarum Imperator id diffitetur, Quod ex inscriptione literarum *An. 1614.* ad Matthiam Imperatorem missarum patet: ibi: Aus den Potentaten Jesu der Fürnehmste/und zwischen dem Geschlecht Jesu erwehlter fürnehmster Herr aller Christlichen Völcker/ein Vorsteher/ und Administrator der Gerechtigkeit/unser Nachtbar und guter Freund Matthias: ut refert *VVendelin. d l.* ubi etiam subjicit, quod Imperatoris legati in Aula Turcica omnibus aliis præfe-
18. rantur. Quod probatum reddidit David Ungnadius, legatus Imperatoris, qui Constantinopoli discessurus, Sultano-

que

que valedicturus, cùm à Persico legato primum sibi locum præreptum, cerneret, eo insalutato discedere voluit, sed Machemetes Bassa id cernens, eum retinuit, superioriq; loco sedere jussit. Uti ex *Johan. Leunclav. refert Domin. Arum. tr. d. Comit c.7.n.95.* Sicut etiam hoc in Porta Otto- 19.
mannica illis datum fuisse legimus, ut non, quemadmodum aliorum legati, stando, sed sedendo sua mandata exponerent. *Dom. Arum. all. loco Limn. J. pub. lib.2.c.7.n.29.*

C.) Nomine hoc olim summi bellorum Duces a- 20
pud Romanos utebantur, prout constat ex *Cæsar. d. bell. civil. lib.3. pag. m 208. A. Hirt. Pansa Com. d. bel. Alex. pag. m. 284. & aliis Romanar. historiarum scriptoribus passim.* Mu- 21.
tato verò posteà à Cæsare, ejusque successore Augusto Reip. statu in Monarchicum vid. *Flor. lib.4.c 2. de bello. Cæs. & Pompej. Tacit. lib.1. Annal c.1 & lib.1. Histor. c.1. junct. l 2. §.11. d. O. J. §.6 J. d. J. N. G. C.* Ipsi principes Regis nomen evitabant, eò, quod odiosum illud populo Romano scirent, subque nomine Imperatoris regiâ, & monarchica potestate utebantur. Vid. *Limn. J. pub. lib. 2.c.1.* Et sic omnes Romanorum Monarchas appellatos testantur historiæ. Cumque Carol. M. Imperium occidentale ad Germanos transtulisset, ipse quoque, ejusque successores, in hunc usque diem hoc nomine fuerunt insigniti.

D) Ita habet *text. A. B. c.5.* ibi: super causis, pro quibus impetitus fuerit &c. Cumque adeò textus loquatur saltem de Imperatore reo, seu convento. Q. si Imperator 22
actoris partes sustinet, quem tunc judicem habeat; an eundem quem tanquam reus? pro affirmativa videtur pugnare, quod Imperator reum ad suum judicem trahat, perinde 23.
ut fiscus. *tt. C ubi causa fiscal. l.1. l.2. C. si advers. fisc.* 2. argumentum ducitur ex *l. favorabiliores. 125 d. R J. l. inter pares 38 de re judic.* quod scil. multò magis Palatinum debeat agnoscere, si actor est Negativa tamen magis recepta est. 24

M 1 Cum

Cum non appareat, ante A B. ita obtinuisse, neque hoc in A. B. ita dispositum dici potest, quoniam verba ejus, utpote correctoria ad casum hunc non comprehensum extendi non debent. *Gerl. Buxd. ad A. B. c. 5. concl. 52.*

25. E.) Utut enim summum Principem in causa propria judicare posse statuunt, si lis ipsi intercedit cum subdito. *Hill. ad Donell. lib. 17. c. 2. lit. B.* quia in eo omnis sinistra suspicio cessat. Prout judicasse novim' Imperatores, Anton. *in l. 3. d. his, qua in test. del.* Tiber. Cæs. *in l. 41. d. hared. in-*
26 *stit.* Svadent tamen, Principem potius magistratuum judicia, quàm sua debere subire, ita scil. ut nomen Regis reticeatur, & agatur procuratorio nomine, ne regium nomen oculos magistratus perstringat, vel Majestas imminuatur; aut debere causam delegare; aut in arbitros com-
27 promittere. Quod fecit Alex. M. cùm Calistenes, & Philotas proditionis arguerentur. *Curt. lib. 6. Histor. Matth.*
28. *Steph. lib. 2. d. Jdict. c. 34.* Hoc consilium secuti Christiani Reges ac Principes, Legibus sese, & justitiæ subjectos voluerunt. Sicuti Fridericus I. in Comitiis Roncaliens. An. 1158. Imperatorem, dixit, licet solutus sit legibus, tamen secundum eas vivere decet, quibusque ab initio partum est Imperium, his artibus retinere curabit. *Lehm. Chr. Spir. pag. 509.*

Ita Rex Galliæ Jus sibi dici patitur in Parlamentis. *Gothofr. in l. un. C. ne quis in sua causa. Dom. Arn[illegible] discur. 1. d. J. pub. p 5.* Rex Hispaniæ in conventibus triennalibus. *Steph Jun. Brut. in vindiciis contra Tyran. in Repet. ad quæst. 6.* Rex Angliæ olim coram Curia Majori, mox etiam coram Magistratu, quem Justitiam magnam vocant. *Bodin 1. d. Rep c. 8.* Daniæ coram universo Regni senatu *Arnis. d. Jur. Majest. lib. 1. c 6. n 11.* Arragoniæ in Justitia Arragonica conveniebantur. *Dn. Strauch Exercit Exoter. 3. th. 8.*

Sic etiam Germaniæ Populi libertatis suæ præ cæte-

ris

ris defenſores, uti Regibus ſuis abſolutam nunquam conceſſerunt poteſtatem, ut patet *ex Tacit. d. mor. German. vid. Lehm. Chr. Spir p. 179.* Ita nec actus eorum extra judiciorum cenſuram eſſe permiſerunt. Quod agnovit etiam 30.
Sigismundus Imperator, literisque ad Conradum, Moguntinum Electorem, à quo rogatus erat, ut in controverſia inter Bavariæ Principes ſententiam ferret, *An. 1426.* datis fatetur. In quibus inter alias cauſas, per quas ſe excuſat, etiam hæc : Daß uns das nicht gebühret / nach dem und wir auch meinen / Recht zu denſelben Niederlanden zu haben / und in unſer eigen Sach nicht Richter geſeynmögen. *Limn. J. pub. lib. 3. cap. 9. num 76.*

F.) Pontifex quidem ſe aſſerit judicem Imperatoris 31.
in cauſa depoſitionis. *c. ad Apoſtolicæ. 2. d. re. jud. in 6. clem. un. d. Jurej. c. ſi Imperator. 11. diſt. 96.* Multique canoniſtæ 32.
Romanenſes hanc ſententiam defendunt, per rationem: quod Chriſti, & Papæ idem ſit tribunal, utpote qui Chriſti ſit Vicarius in his terris. Imperatorem autem Chriſto ſubeſſe, negari non poſſe. Tùm quod Imperator Imperium à Pontifice in feudum recognoſcat, eique fidelitatem, & ſubjectionem juret. Verùm cùm prior ratio ſit 33.
ridicula, & falſa; utpote omni fundamento Jur. divini deſtituta, eique potius contraria: ſicut latè deducit *Reink. d. regim. ſec. & Eccl. lib. 1 cl. 2. c. 4 n. 12. ſeqq. Limn. J. publ. lib. 2. c. 11. n. 19.* Poſterior itidem ficta, & falſiſſima. Etenim ex 34.
translationis hiſtoria potius contrarium infertur: Pontificem eſſe Vaſallum & ſubditum Imperatoris, ex cujus liberalitate & gratiâ, juxta ipſorum Pontificiorum traditionem, præclaras Italiæ regiones tenet. *Bodin. lib 1 de Rep. c. 9. Rein . lib. 1. cl. 2. c. 5. n. 27. d. regim. ſec. & Eccl.* Quod ipſum etiam non diffitetur Leo IV. *in c. nos ſi incompetentes ca 2. q. 7. & c. cauſam. 7. qui fil. ſint legit. x. cum ad verum. 6 diſt. 96.*
Defendere quidem ſuum figmentum conantur Pontificii 35.

ex hoc, quod Carolum M. Leoni III fidelitatem jurasse dicant. Hisce verbis: Ego Carolus, Imperator in nomine Christi spondeo, & profiteor coram Deo, & beato Petro Apostolo, me protectorem, & defensorem fore Ecclesiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio. Sed quàm ineptè ex hoc argumententur, cuilibet facilè constat: cùm verba hæc nihil subjectionis, sed protectionem, & defensionem, quam quilibet Princeps Christianus tanquam dominus subditis suis, & multò magis Ec-

36. clesiæ debet, contingent.} Ideò eorum testimonia, tanquam domestica meritò sunt explodenda, cum iidem, qui Jus eligendi, etiam Jus deponendi habeant. *Limnæ d. c. 11 n. 23.*

37. Propterea etiam Frider. II ad concilium Lugdunense *An. 1245.* ab Innocentio, Pontifice citatus, ut ibi conatus suos adversus Papam justificaret, jure non comparuit, additis causis: tùm quod Imperatoris sit, convocare concilia; tùm quòd in causis suis non coram Pontifice, aut concilio, sed coram Imperio sit conveniendus. Qua de causâ Pontifex quidem eum excommunicavit, sed sine successu *Lehms*

38. *Chr. Spir. p. 590.* Jure itidem Constitutio illa ex communi statuum Imperii consensu, An. 1338. promulgata est, quâ sub pœna criminis læsæ Majest. privationis feudi, dignitatum, Jurisdictionum, & privilegiorum omnium severè mandatum, ne quis Imperium à Papa, vel ei suppositum arbitretur. Verba Constitutionis refert integrè. *Reink. d. regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 4. n. 3.*

39. G) Causam & originem hujus rei, quod scil. Elector Palatinus Judex sit Imperatoris, non eandem omnes tradunt. Communior est opinio: originem sumsisse ex veteri Judiciorum, judicumque institutione, quæ apud Franciæ,

40. Germaniæque Reges valebat. Nimirum Romani Provinciarum rectores, judicesq; appellabant Comites. Quod nomen Reges Franciæ, Romanorum potiti regionibus retinere voluerunt. Ut proinde Germanis æq; ac Romanis

Comes:

Comes idem fuerit, ac Judex, germanico idiomate Graff.
Dn. Strauch. Exert. Exot. 3. th. 1. Horum autem multi in toto
Francorum regno erant instituti, singulis Provinciis, ac
Districtibus præpositi, à quibus etiam sua singuli sortie-
bantur nomina. Qui totis Regionibus præerant, diceban-
tur Land-Graffen. Qui ad limites regni positi: Marckgraffen.
Qui castro, (quod germani Burgk vocant) Burg-Graffen.
Ita Palatia Principum suos præpositos habebant, qui Pfaltz-
Graffen / seu Comites Palatii, aut Palatini appellabantur. 41.
Singuli in subjectos sibi Jurisdictionem exercebant, rur-
susque alios inferiores sub se habebant judices. *Vid. Lehm.
Chr. Spir. lib. 2. c. 21.* Omnium verò supremus erat Comes Pa- 42
latinus major, (differebat à Comite Palatino minore, qui
res privatas Domus Imperatoris curabat) ex consensu
statuum electus. *Lehm. Chr. Spir. p. 67.* Hic proximus à Rege
judex, ab inferiorum Comitum sententiis appellationes re-
cipiebat, causasq; cum suis consiliariis, quos à Regibus si-
bi adjunctos habebat, cognoscebat, & decidebat. *Lehm.
Chr. Spir. p. 76.* Et propter hujus excellentem Jurisdictionē 43
factum, ut ipsi Reges suarum causarum cognitionem ei
submiserint, perinde, ut hodiè multi Principes Imperii, ex-
teriq; Reges à summis suis judiciis Jus sibi dici permittunt.
Dn. D. Strauch. Exerc. 3. th. 6. Alii aliunde deducunt. *Goldast.* 44
in rational. Constit. Imperial. tom. 1. p. 99. ait: communi Prin-
cipum consensu hoc munus Rudolpho, Comiti Palatino,
circiter *An 1250.* primùm collatum fuisse. Verba hæc sunt:
Darüm setzten die andern fürnehmste Fürsten / Teutscher Nation,
Hertzog Rudolphen Pfaltz-Graffen bey Rein / zu einem Richter dis
Röm. Reichs / also daß er hinführo zu künfftigen Zeiten aus seiner
Tapfferkeit dasselbe Ambt vollführen soll / auff daß die Römische
Könige bewegt würden / nichts übels oder Scheltung würdiges im
Reich für zu nehmen / dadurch sie der Röm. Königl. Hoheit unwür-
dig geschätzt würden.

45 Sed huic assertioni Resp. *Dn. Strauch d. Exercit. 3. th. 6.* quod non tum demum Palatino hæc potestas fuerit concessa, utpotè quam jam antè circiter *An. 1230.* habuisse constat ex Weichbild *lib. 1. art. 8. & 9. & spec. Sax. lib. 3. art. 52.* Sed quod officii saltem sui, consvetudine jam obtenti eo fuerit
46 admonitus. Itidem *Limnæ. lib. 3. J. pub. c. 9. n. 27.* secutus *Arumæum. ad A.B. discurs. 3. th. 45.* datam suprà originem non admittere videtur, cum ita non possit tribui consvetudini contrà *text. A.B. c. 5 §. fin.* Verùm respondet itidem *Dn. D. Strauch. all. th. 6* rationem hanc nihil contrarii
47 nostræ assertioni producere. Sicuti etiam non contrariantur ea, quæ latè profert *Autor libelli de Justitia Cæsarea Imperiali, circa declarationem banni contra Comit. Palatin. propositi apud Limnæ. lib. 3. c. 9. th. 29* Quibus evincere conatur: Comitem Palatinum non posse esse judicē Imperatoris; quoniam Imperator non possit esse subjectus ipsi, utpote Vasallo suo. Etenim hanc potestatem non exercet vi Jurisdictionis suæ ab initio acceptæ, sed ex libera regum submissione. *Dn D. Strauch. d. Ex. 3. th. 6.* Et licet hoc, quod initio voluntatis erat, jam per A.B. dispositionem factum
48 sit necessitatis, ut loquitur *Limn. lib. 3. c. 9. n 41. & n. 44.* eo ipso tamen Imperator Palatino non subjicitur, neque ejus Majestas minuitur, non magis, quàm Principum Imperii superioritas diminui, vel ipsi Curiis suis subjecti dici queant, quod ab iis Jus capiunt. *Limnæ d. l 3. c 9. n. 42. Arum discurs. 3 ad A B. c. 45.* Cùm Palatinus coercitionem, & sententiæ executionem non habeat, sed eò saltem pertineat cognitio, ut Jus actoris declaretur per sententiam. *Dn. D.*
49 *Strauch. d. Exerc 3. th 8.* Neque necesse sit, Judicem semper esse superiorem: quia receptum est, eoq; jure utimur, ut si quis major, vel æqualis subjiciat se Jurisdictioni alterius, posset ei, & adversus eum Jus dici. *l 14. d. Jurisd. l. si quis in scrib. C d. pact. Reink. d. regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 217.*

Cœte-

Cæterum Judicium hoc non potest institui alibi, quàm in Curia Imperiali, ubi Imperator præsens existit, An einem Käys. Hoff/oder wo der Käyser/oder Röm. König gegenwertig ist. Uti verba A. B. sonant. Quæ dubium faciunt, quid per Curiam Imperialem intelligatur? an Aula Imperatoris: quo sensu vox Curiæ, aut Curtis passim in Jure feudali accipitur *1. F. 5. §.1. 1.F. 2. §. 1.* an verò Comitia: sicut frequentius in *A.B.* usurpatur *c.24.c.27.§.2.c.28.§. 1. & 2.c.12.§.2.&c. vid. Limnæ.lib 3.c 9.n.72 seqq.* Posterius amplectuntur *Dn.D.Strauch.d. Exercit.3.th.8.Limnæ lib.3.c.9. n.78 79.80.* Adeoque Germanicæ versionis particulam oder/ explicativè positam, & idem, ac voc: das ist / denotare ajunt: quoniam Curia eo tempore non fuit, nisi ubi Imperator præsens esset. 50

H] Variè disceptatur, in quibus causis Palatinus sit judex? Primo loco ponam causas civiles, & quidem tales, quibus ratione communis materiæ, etiam Princeps obligatur, ut quilibet de populo; scilicet ex contractu, vel cum privato, vel Principe inito. *l.prædia.C.d. Locat.præd. lib. 11. l. benè à Zenone. C.d.quadr.præsc. Arum. discurs. 3. ad A. B.§. 45.* ubi subjicit: nisi Princeps obligetur ex contractu, neminem futurum, qui cum eo contrahat. Obligationis verò hujus consequens esse: si contractus implere retardaverit, ut interventu Judicis compellatur. Hic autem Judex est Palatinus. Id quod primùm moribus, & consvetudine (jam à Carol. M. tempore cæptâ, ut vult *Vultejus in l. 1. n 4. C. ubi senat. vel Clariss. Reink. lib. 1 cl. 4. c 5. d. regim sec. & Eccl.*) receptum est, quæ postea A. B. confirmata. *A.B. c.5 § fin.* Sachsen-Spiegel. *lib 3.art.52.fin.* Weichbild. *lib. 1.art.8.9. Buxdorf. ad A.B d.c 5.concl.77. Dn.Strauch. Exercit.Exot.3.th.7.* 51. 52.

Circa causas criminales anxiè disputatur, quis judex sit? Alii hîc non Comit. Palat. judicem agnoscunt, sed 53. 54.

 Colle-

Collegium electore. *Reink. d. regim. secul. & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 5. n. 3. per tradita VVehner. in pract. observat. verb.* Austrä-ge *p. 45. 46. Hering. d. fidejuss. c. 7. n. 291. Dn. Strauch. d. Exer-*
55. *cit. 3. th. 7.* Pro suâ sententia allegant *textum* in Schwaben-Spiegel *lib. 1. c. 23.* quem refert *Goldast. tom. 1.* Reichs-Satz. *p. 37.* cujus verba: Dem Künig mag niemand an den Leib ge-sprechen/ Ihm werde das Reich ehe vertheilet mit der Fürsten Ur-theil/ über des Künigs Leib / und uber seine Ehr mag niemand Ur-
56. theil gesprechen dann die Fursten. Exemplum etiam addu-cunt Heinrici IV. qui, tanquam incorrigibile schismatum caput remotus, inque ejus exauctoratione Moguntinus declamans: quem, inquit, meritum investivimus, quare immeritum non devestiamus. *Carol. ab Hagen. Jurispr. publ. lib. 2. c. 1.*
57. Alii etiam hic Judicem faciunt Comitem Palatinum.
58. Et nituntur tùm textus generalitate in A. B. verb. von Sa-
59. chen wegen/ darum er angesprochen wird. tùm exemplis: I. Alberti Imperatoris. de quo Heinr. *Rebdorf. in Annal. Anno 1300. tom. 1. p. 412.* hæc tradit: Circa Festum B. Michaelis, Dux Rudolphus, & Comes Palatin. Rheni, præfatus ab E. E. Imperii. Mogunt. Colon. & Trevir. Archiepiscopis, vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem, Albertum. Unde iidem Principes contra ipsum Albertum conspira-verunt, eligentes ipsum Rudolphum pro judice, & asseren-tes, ad Comitem Palat. pertinere, quod sit officium Pala-tinæ dignitatis, ex quadam consvetudine, de causis cogno-scere, quæ ipsi Regi moverentur. Quare contra Regem posuerunt: quod Dominum suum proprium, scil. Regem Adolphum occidisset, ideò Rex esse non posset. II. Impe-ratoris Adolphi: de quo *Aventin. lib. 7. Annal. Boj. fol. 587.* ait: Intereà Moguntinus Pontifex, Saxoniæ atq; Branden-burgii Præsides, legati R. Bohemiæ, Regem Saxoniæ, ar-bitrum honorariû, quippe Rudolphus Præfectus Prætorio

Rheni,

Rheni, Rectorq; Bojariæ, cujus munus est, de querimoniis adversus Cæsarem delatis cognoscere, jusq; dicere, sententiam pronunciare, venire recusabat) capium, tribunali imponunt, Adolphum homicidii, stupri in virginem, socordiæ, negligentiæ, perjurii, accusant, deinde Scto eum in ordinem redigunt, & fastigio deturbant, & Albertum suis suffragiis rebus imponunt. Vid. *Gerlac. Buxdorff. ad A. B. th. 79.* Horum sententiæ propè accedit *Dn. Carpzov. ad tit. 5. & 7. A. B. quæst. 3. n. 7.* ubi tamen subjicit, reliquos Electores à judicio non excludi. Videtur itaque quodammodo facere cum iis, qui mediam ineunt viam, dicentes: Causas ejusmodi criminales, & depositionem Imperatoris concernentes, non coram solo Palatino, sed præsentibus omnibus Electoribus ventilandas, ita tamen, ut Palatinus sit Collegii Præses, & Director, cùm aliàs munus hoc spectet ad Moguntinum, tanquam Collegii Decanum. *Carpzov. d. loc. n. 10. Gerlac. Buxtorf. ad A. B. concl. 8. edit. b.* Quod tamen ipsum *Limnao* videtur suspectum, qui *lib. 2. J. pub. c. 9. n. 48.* Ego tamen observavi, inquit, in sententia exauctorationis Wenceslai (quæ facta *An. 1400. 20. Aug.* in ipsa Rheni Ripa, apud oppidum Lonstein. *Albert. Crantz. Sax. lib. 10. 19. Bodin. lib. 2. d. Rep. 5. Mynf. cons. 15. n. 69.*) apud *Goldast. tom. 1. Constit. Imper. p. 379.* omnia per Moguntinum, tanquam Collegii Decanum, reliquorum nomine peracta fuisse, & quod in eo negotio ultimum fuit, sententiam ipsam promulgatam. Multi judicium suum hac in re suspendunt, cùm rarò casus accidat, ut, imprimis homo privat⁹, in criminalibus Imperatorem in Jus vocet. *Vultej. in l. 1. C. ubi Senat. vel Clar. Ilseo (?) d. process. Disp. 4. th. 8.* 60 61 62

Circa causas criminales dubet movere quæstionem: an Imperator etiam crimen læsæ Majest. in Papam possit committere? Pontifex quidem affirmare hoc non erubescit, qui se Ducum, ac Principum Dominum appellat. 63. 64

c. cum inter

c. cuncti per mundum. 9. quaest. 3. c. 1. d. consuet. in extravag.
65. Verùm cùm non modo Jus civile *l. deprecatio. 9. ad L. Rhod.*
d. jact. verùm etiam divinum *Luc. 22. vers. 25. Paul. ad Roman.*
13. 1. Petr. 5. repugnet, velitque, ut omnis anima subdita sit
magistratui civili. Quod etiam de Pontifice satis clarè
patescit ex iis, quæ suprà lit. A. dicta fuerunt, potius nega-
tivè erit respondendum.
Cæteroquin committi posse hoc crimen tunc de-
66 mum ajunt: si Imperator, (quod tamen sub Christianis Im-
peratoribus non veremur) hostili animo se adversus Im-
perium gereret, seque adeò Imperatorio nomine indi-
gnum redderet. *arg. l. ult. ad L. Jul. Maj.* Siquidem omnem
potestatem, inquit *Gvevar. in Horolog. Princ. lib. 1. c. 35.* benè
agendi, & ex usu Reip. à Populo in Principem translatam
agnoscimus. Absolutamque hisce in rebus ejus potesta-
tem veneramur sine judice; at si regiam hanc benè agen-
di viam deserere amet, si legum sanctionem, Capitulatio-
nemque spernere, tunc licentiam, non potestatem judici
subjicimus. Omnibus scil. in rebus tolerari potest, ut
67 potior sit conditio Principis, præterquam in sola Justitia,
quam prorsus æqualem esse inter Principem, & Remp. o-
68. portet. *Limna. J pub. lib. 3. c. 9. n. 45.* Et pro hac sententia
explicanda adducunt distinctionem Majestatis in realem,
& personalem *Carol. ab Hagen. Jpr. publ. lib. 3. c. 2.* ubi realem
vocat des H. Reichs Hoheit. Eamque describit: quæ Im-
perio perpetuò inhæret, eiq; coæva, quam diu corpus ejus
durat, permanet, nec per decessum Principis exspirat; at-
que adeò æterna, & fundamentum Reip dicitur. Et hujus
intuitu Imperium dicitur majus Imperatore, cui scil fideli-
tatem jurat, eique adstringitur. *Bod. lib. 1. de Rep. c. 7.* Et hanc
Majestatem LL. fundamentales comprehendunt, quibus
69 tanquam fundamento Reip. innititur, quasque etiam ju-
ramento servandas promittere tenetur Imperator. Perso-
nalis
nalis

nalis verò consistit in administrandâ Repub. ejusque summis juribus, seu Regalibus exercendis, & ex persona in personam transfertur, eidem inhæret, eam sequitur, & cum ea coincidit. Et differt proinde ab ista tanquam fundamentatum à fundamentato ut vult *Carol. d. loc.*

Ratione causarum feudalium si conveniatur Impe- 70
rator itidem non convenit inter Dd. quis Judex esse debeat?
Alii statuunt ipsum Imperatorem tunc posse cognoscere. 71.
Georg. Obrecht. Disp feud. 2 th. 70. arg. 1. F. 18. *Sonsbec. p. 4. feud.*
n. 24. quosq́ allegat Gerlac. Buxd. Diss. ad A. B concl 81. ex ratio- 72
ne; quod in locutione generali semper videtur excepta persona loquentis. *arg. l quicquid. 10. ff. com. præd.* Hinc cùm Imperator Fridericus. *2. F. 55.* in fine generaliter disposuerit: litem inter Dominum, & Vasallum super feudo ortam coram Paribus Curiæ decidendam, suam personam exce-
ptam voluit. Alii hîc quoque Palatinum agnoscunt Ju- 73.
dicem, propter generalitatem *textus in A B.* non distingvē- 74
tis. *arg. l. 8. d publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. d. legat. præst.*
Tùm etiam quòd rarò contingat, in allodialibus Imperato- 75
rem conveniri, sed plerumque ratione feudorum, juriumq; regalium, & aliarum rerum in feudum concessarum. Hinc si in hisce causis Palatinum judicem negamus, rarò futurum esse, ajunt, ut dispositio A. B. locum habeat. Tum de- 76
nique quod Electores, & Principes, ad quos tanquam Pares Curiæ aliàs cognitio hæc spectaret, in confectione A. B. præsentes fuerunt, qui nisi feudalium quoque cognitionem ad Palatinum spectare voluissent, procul dubio contra dixissent, eamque sibi specialiter reservassent. Quod autem factum non esse deprehenditur. *Regn. Sext. lib. 1. d regal. c. 8 n 53.* Alii denique statuunt, neque Impera-
torem, neque Palatinum, sed Pares Curiæ esse Judices. *Lu-* 77
dolph Schrader. tr. feud part. 10 sect. 5. n. 40 seqq. Heinr. Rosenthal synop. feud. c. 12. c. 3. n. 14. propter *c. 1. §. sententiæ quoq́* 78

fin. verſ. ſi qua controverſia. de Pac. Conſt. quippe quæ Conſtitutio eſt ſpecialior text. A. B. quæ nullam mentionem facit cauſarum feudalium. Jam verò per L. generalem
79 non derogatur ſpeciali. *l. in toto. 80. d. R. J.* Tum etiam propter *text. ex ſpeculo Svevico. c 23. ibi*: Und kriegt er (der König) mit iemand ům Gut / oder ům andere Ding / das des Reichs iſt / daſollen über ſprechen die Fürſten / und Graffen / und des Reichs Dienſtmann. *Dn. Strauch. Exercit 3. th. 7.* Quam ſententiam
80 etiam approbat *Limnæ J. pub. lib 3. n. 51. ſeqq.* Ubi etiam Reſp. ad diſſentientium argumenta. Et quidem ad id, quod pro priori ſententia fuit allatum: In generali locutione tunc demum loquentis perſonam eſſe excipiendam, ſi natura rei, de qua loquitur, ipſi repugnet; quod hoc caſu ſe-
81. cus. Ad argumenta pro ſecunda opinione adducta, Reſp. 1. quod generali A. B. diſpoſitioni per ſpecialiorem *in all. c. 1.*
82. *d. Pac. Conſt. & 2. F. 55.* derogetur. 2. quod non rarò etiam LL. de iis, quæ rarò accidunt ſoleant diſponere: quo ſcil. Judex etiam in iis habeat normam, quam in pronunciando
83. ſequatur. 3. quod taciturnitas Principibus præjudicium nullum creare potuerit, cùm ſciverint Jus ſuum ſibi ſalvum manere. Vid. *Reink d. Regim. ſec. & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 5. n. 11. ſeqq.*

84 Aſt ubi in cauſis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis erit conveniendus? nihil hactenus reperii: fortaſſis Pontificis admittet cognitionem. Sicut etiam Rex Hiſpaniæ in hiſce cauſis Pontificem ſuperiorem recognoſcit, ejusque filius eſt devotiſſimus. teſte *Clut. in ſyllog. rer. quot. th. 10. lit. c. Gryph. in R. Hiſp. c. 13. Bodin. 1. d. Rep. 5.*

THESIS II.

REx *a* Romanorum univerſalis Imperii Vicarius, idem cum Imperatore ſortitur forum. *b*

SUM-

SUMMARIA.

1. Rex Romanorum quis hodie dicatur.
2. Quando Rex Romanorum sit eligendus.
3. Rex Roman. est Imperatori proximus.
4. Est Caput Imperii, & Vicarius.
5. Absente Imperatore omnia Jura Imperatoria exercet.
6. Num proprio, an Imperatoris nomine?
7. Prius asseritur per rationes.
8. Posterius asseritur.
9. Media via eligitur.
10. Ubi conveniatur?
11. Ubi Augusta conveniatur, disquiritur & respondetur.
12. Quis Judex, si Regi de successione regali controversia moveatur.

A.) ITA appellatur hodie, qui vivente Imperatore ab Electoribus Imperii eligitur, ut sit perpetuus Imperii Vicarius, & absente Imperatore, atque impedito Imperium regat, ac moderetur, mortuoque eo, ipso Jure sine ulteriori electione in nomen, dignitatem, authoritatemq; Imperatoris succedat. *Limn. J. pub. lib. 2. c. 15. n. 8.* Qui quidem non nisi urgente necessitate, & Reip. utilitate eligi solet: Sicut patet ex verbis des Cadauischen Vertrags. Quæ exhibet *Hordled. lib 3. d. caus. belli Germ. c. 13. p. 668.* Daß künfftig/ wenn bey Lebzeiten eines Römischen Keysers/ oder Königs ein Röm. König soll erwehlet werden/ alle Churfürsten zuvor zusammen beschieden werden/ davon zu reden/ ob Ursach genug vorhanden/ und dem Reich fürträglich sey/ einen Röm. König bey Leben eines Röm. Keysers/ oder Königs zu wehlen. Und wann sie sich dessen vereiniget/ daß alsdann / und nicht ehe / die Churfürsten / vermög der gülden Bull/ sollen zu königlicher Wahl erfordert/ und zur Wahl geschritten/ und derselben gülden Bull unverrücklich in allem nachgegangen werden. Und wann in dem Fall was anders fürgenommen würde/ und ergienge/ daß dasselbe nichtig/ und durch ein decretum irritans des Keysers cassirt seyn soll.

Margin numbers: 1. (beside line 1 of text), 2. (beside "Qui quidem" line)

3. Electus autem dicto modo ab Electoribus, primum
post Imperatorem locum sibi vindicat, utpote in quem de-
functo Imperatore, ipso Jure Imperii potestas, ac Titulus
transit. *Paurm. lib. 2. d. Jurisd. Imper. Rom. c 4. n 4. & c. 5. n 53.*
4. Propterea etiam vivo Imperatore Caput Imperii vocatur.
R. J d. An. 1555. §. Und im Fall da die Keys. Majest. *ibi:* an statt Key-
serl. Majest. oder Unser/ als der Häupter. Quod tamen alterna-
tivè, absente scil Imperatore intelligendum monet. *Reink.*
5. *d. regim. sec & Eccl lib. 1. cl 3 c. 14 n 57.* Et perpetuus Imperii
Vicarius existit. *Them Mich. d. Jurisd. concl. 29.* Qua ratione,
absente, vel impedito Imperatore omnia jura Imperato-
ria exercet. *O. C. p. 1. tit. 1. § 3. R. J. d. An. 1555.* §. Und sollen in ob-
erzehlten. Creat. Nobiles. *R. J An. 1548.* §. Wiewohl in der Regie-
rungs Handlung. Confirmat Academias. *O. C. p. 2 tit. 3. § 3. ibi:*
in Universitäten / welche zum wenigsten von unsern Vorfahren
Röm. Keysern/ und Königen/ die jetzige Käys. Majest. oder Uns con-
firmirt. Judicia Imperii summa exercet. *d. O. C. p. 1. tit. 1.*
Banno Imperiali noxios subjicit. Keys. Land-Friede *d. An.*
1548. tit. Von auffgerichten Landfrieden / §. Und ob iemand/ ab
eoq; rursus absolvit *R. J. d. An. 1544.* §. Wir/ und unser freund-
licher lieber Bruder. Landfried *d. An. 1548.* tit. Welche umb Fried-
6. bruchs willen in die Acht kommen. Hæc verò num Cæsaris,
7. an proprio nomine agat, controvertitur. Prius confirma-
re videtur Capitulatio Rudolphi II. Regis Romanorum:
ibi: Wir sollen / und wollen Uns auch keiner Regierung/ noch ad-
ministration im H. Röm. Reich weiters oder anders unterziehen/
denn so viel Uns dessen von Keys. Majest. vergönnet/ und zugelassen
wird / daß wir auch Ihrer Keys. Majest. die Zeit Ihres Lebens/ an
Ihrer Hoheit/ und Würden des Keyserthumbs keine Irrung/ oder
Eintrag thun sollen und wollen. Quò etiam faciunt *textus in*
R. J. d. An. 1542. §. Und damit die Zeit/ ibi: so haben wir an statt /
und im Nahmen der Keys. Majest. den Friedstand erstreckt / und
prorogirt. *It. R. J. d. An. 1577. § 11.* ibi: haben wir im Nahmen/ und

an

an statt der Röm. Keys. Majest. ein andern Reichstag bestimt/und angesetzt: In posterius tamen plures inclinare video. Idq; 8. *Carol. ab Hagen Jurispr publ. lib. 2. c. 1.* fortissime defendit. Quò inclinare etiam video *Limnaeum J. pub. lib. 2. cap. 15. n. 40.* ubi ait, plura exempla pro posteriori extare: quod ipsi Regi Romanorum adscripta sit Königliche Macht/und Vollkommenheit. Hinc cùm *Reink. d. regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl.* 9. *3. c. 14. n. 50.* arbitror concludendum: Regem Romanorum absente Imperatore, utriusque nomine, & proprio, & Imperatoris potestatem suam exercere. Quò facit *R. J. d. An. 1532.* §. so hat dem allen nach. ibi: an statt/ und im Nahmen Ihrer Kays. Majest. und für Uns selbst. It. *R. J. An. 1555.* §. so sich denn abermals. ibi: Dessen Liebt wir an statt Keyserl. Majest. und für Uns selbst/als Römischer König/solches hiemit befehlen ꝛc.

B. Per expressum *textum A. B. c 5.* ibi: & quamvis Im- 10. perator, sive Rex Romanorum, super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, sicut & consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, sacri Imperii Archidapifero, Electore Principe, respondere, illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator, seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

Antequam hinc abeamus, lubet quæstionem subne- 11. ctere: ubi Augusta, seu Imperatoris, & Regis Romani Conjux conveniatur? videbatur dicendum, quod idem cum marito forum sortiatur. Propter *l. 65. d. Judic. Sed Gerlac. Buxd. ad A. B. c. 5. concl. 77.* ipsum Imperatorem ejus Judicem constituit: cùm aliàs Augustus hoc privilegium habeat, ut uxori suæ & liberis jus dicere queat. per ea, quæ tradit *Menoch. consil. 2 n. 22. aliiq; Dd. à Buxdorf. dicto loco allegati.*

Claudat hanc Thesin quæstio, quis Judex sit, si Regi 12. de regali successione moveatur lis? Respondent æqvum esse, sub ire judicium Regni Procerum; aut si ita contro-

versia decidi nequit, eligere arbitros. Sic inter Ferdinandum, Regem Hispaniæ, & Johannem, Lusitaniæ de finibus disceptantes, electus est Pontifex, Alex. VI. An. 1492, *Paurm. d. Jurisd. lib. 2. c. 3. n 33. Besold. d. Jurisd. quæst. 5.*

THESES III.

VAcantis *a* quoque Imperii Vicarii; Electores, Palatinus, *b* & Saxonicus, *c* cum repræsentent Imperatorem, *d* suum peculiarem Judicem habebunt.

SUMMARIA.

1. *Vacante Imperio Vicarii constituuntur.*
2. *Qui differunt ab antiquis Romanorum Vicariis.*
3. *An absente Imperatore Vicarii constituantur?*
4. *Negatur.*
5. *Affirmatur per rationes.*
6. *Privilegium Vicariatus Palatini proponitur.*
7. *Respondetur ad rationem contrariam.*
8. *Literæ Reversalium, Vicariatum Elect. Sax. concernentium referuntur.*
9. *Affirmativa hæc de Sax. Vicariatu probatur.*
10. *Palatini Vicariatus quas Provincias complectatur.*
11. *Imperium duplici Jure, Franconico, & Saxon. olim utebatur.*
12. *Quo tempore Vicariatus Palatini cœperit?*
13. *Saxon. Vicariatus quæ loca comprehendat.*
14. *Quo tempore cœperit?*
15. *Vicarii regulariter idem, quod Imperator agere possunt.*
16. *Eorum gesta ab Imperatore confirmentur.*
17. *Confirmationis literæ referuntur.*
18. *Vicarii ubi conveniantur.*
19. *Ubi tanquam Status Imperii conveniantur.*
20. *Imperator hactenus dictos Judices habet, si tanquam Imperator, vel Rex Rom. conveniatur.*
21. *Secus si ut Dux, vel Comes: quem Judicem tunc habeat.*
22. *Præjudicium declaratur.*

Dispo-

A.) DIspositum est in *A.B.c.5.* ut quoties contigerit sa- 1.
crum vacare Imperium, Vicarii constituantur.
Qui quidem ab antiquis illis Vicariis, quorum in Jure Civ. passim fit mentio. Quales quatuor olim in Oriente; septem in Occidente fuerunt. *v. l. fin. C. d. divers. offic. lib.12. l.1. C. d. Palat. sacr. largit. l.1. C. si quis eam, cuj tut. fuit. corr. l.3. C. d. agricol. & Cens. l.3. C d. pagan. l. 16. d. donat. ant. nupt. vid. Pancirol. de notit. utriusq. Imper. lib. 1. c. 122. & lib. 2. c. 62. seqq.* multum differunt. Eorum enim Vicariatus 2.
partim temporalis, partim particularis saltem fuit; nostrorum autem Vicariorum potestas & universalis Imperii, & perpetua est. *d. text. A.B. Buxdorf. ad A.B. c.5. concl. 52 53. 54.*

Quæri autem solet, an per verba: *sacrum vacare Im-* 3.
perium: intelligatur saltem casus, quo Imperator, vel mortuus, vel depositus est; ut sic vere vacet Imperium; an verò etiam ille casus, quando Imperator absens, & trans alpes migravit? Pro negativa quidem sententia multa allegat 4.
exempla, ut & rationes *Gerl. Buxtorf. ad A. B. c. 5. concl. 54.* Ipse tamen in affirmativam descendit. Cui adstipulari vi- 5.
detur tenor privilegii Vicariatus Comiti Palatino concessi, in quo indefinita A. B. verba videntur clarius explicata esse: Extat totum privilegium apud *Goldast. tom. 2.* Reichs- 6.
Satzungen *p. 241.* in quo hæc habentur verba: Daß wir ihme das Vicariat/ Ambt/ und Gerechtigkeit/ so seine Vordern/ die Churfürsten gewesen seyn / wenn das Reich vacirt, oder ein Römischer Keyser/ oder König über das Gebirg gezogen / nach Inhalt der gülden Bull/ und weiland Keyser Carls Brief/ gehabt/ und herbracht hätten/ und nun auff ihn erblich kommen/ und gefallen rc. Verba autem allegati privilegii Carol. V. hæc sunt: Wann die Pfaltz-Graffen bey Rhein/ die Churfürsten seynd/ von Römischen Keysern/ und Königen solche Würdigkeit / und Freyheit von alten und langen Zeiten gehabt haben/ und noch haben sollen/ wenn Römische Keyser/ oder König über Berg gezogen seyn / oder ziehen / daß sie dann ge-

meine

meine Vicarii des Reichs/hie diss its gewesen seyn/und seyn sollen ꝛc.

7. Huic verò non obstat, exemplum Caroli V. qui transalpes migrans, Ferdinandum fratrem, generalem Imperii Vicarium constituit. Quod enim hîc factum, affirmativam potius defendit. Etenim Carol. V. facere hoc non potuit, nisi impetrato desuper consensu E.E. Palatini, & Saxoniæ, datisque iis Reversalibus non præjudicatum iri privilegiis

8. eorum. Literæ Saxon. Electori datæ sic sonant: Wir Carl ꝛc. bekennen / als wir ietzt auff unsern gegenwertigen Reichs-Tag/mit Rath Churfürsten/Fürsten/und andern Ständen des H. Reichs ein Regiment in unsern Abwesen/in denselbigen Reich zu halten auffgericht/und beschlossen. Daß wir demnach dem Hochgebornen Friedrichen / Hertzogen zu Sachsen / Landgraffen in Thüringen / und Maggraffen zu Meissen ꝛc. Churfürsten/zugesagt/auch gesetzt/und geordnet haben / und thuen das von Keyserl. Macht/wissentlich/in Krafft diß Brieffs / daß demselben Hertzog Friedrichen solch unser/ und des Reichs Regiment / an seiner Liebd. Vicariat-Ambt / nach Laut der güldenen Bull/kein Abbruch/oder Nachtheil bringen soll/ noch mag/in keine Weiß. *Goldast.* Reichs-Satz: *tom 2. pag. 243.*

9. Huic sententiæ etiam accedit *Domin. Aruma. Discurs. 3 ad A. B. th. 31.* ubi idem quod de Palatino per allegatum, privilegium est probatum, de Electore Saxoniæ etiam vult intellectum, propter modo adductas literas reversaliũ à Carolo V. Saxon. Electori datas.

10. B. Palatini Vicariatus se extendit ad partes Rheni i.e. explicante *Buxdorf. ad A. B. c. 5. concl. 52.* omnes à prima ejus origine, usq; ad finẽ, & ostium sitas Provincias. Itemq; Sveviæ & Juris Franconici: quibus verbis comprehenduntur omnes Provinciæ Jure Franconico utentes, licet extra Fran-

11. coniam sitæ Etenim Romano-Germanicum Imperium in duo Regna, Lombardicum, & Teutonicum erat divisum, utrumque duplici utebatur jure: Franconico, & Saxonico. Hoc tractum Saxonicum usque ad mare Balthicum, & Sarmatiam;

matiam; Illud verò tractum Rheni cum Belgio, Sveviam, Franconiam orientalem, Bavariam, & Austriam amplectebatur. *Dn. D. Strauch. Exerc. Exot. 3. th. 1. Buxdorf. d concl 87.*
Quo verò tempore hoc Vicariatus officium Palatino 12.
competere cœperit, certò non constat. Longè tamen ante A.B. competiisse tradit *Buxdorff d.c 5. concl. 56.* Ubi monet, omnium antiquissimum Vicariatus hujus exemplum extare post mortem Rudolphi I. nec antiquius sibi esse cognitum.

C. Saxoniæ Elector Vicariatum exercet in iis Re- 13.
gionibus, & Provinciis, quæ, uti lit. antec. dictum, Saxonico Jure fruebantur: scilicet, explicante *Specul. Svevic. lib. 2. c. 43.* in Thuringia, Saxonia, Hassia, usque ad fines Bohemiæ. *add. Specul. Sax. lib. 3. art. 62.* Nec refert, Jus Saxon. adhuc ibi vigere, nec ne, sufficit enim tempore Constitutionis in A.B. ibi viguisse. *Buxdorff. d.c 5. ad A.B. concl. 57.* Quo verò 14.
tempore hoc officium Electori Sax. competierit, non convenit inter Autores. Probabile esse, ait *Buxdorfius d.c. 5. concl. 56. in fin.* per A. B. ipsi fuisse concessum.

D. Adeoque regulariter eadem, quæ ipse Imperator, 15.
peragere possunt. Judicia Imperii summa, tàm in Camera, quàm Aula exercent, de quo articulo infra *th. ult.*

Quæque tempore interregni gesserunt, ea Imperator 16.
posteà reversus, aut electus confirmare, rataq; habere tenetur, ut patet ex *Confirmatione Carol. V. quæ extat apud Goldast. tom. 2.* Reichs-Satzung *p. 242.* ibi: Und haben die Ausrichtung etc. 17.
Und sonst alles das/ so er/ als unser/ und des H. Reichs Vicarius, die Zeit / biß wir in Teutsche Nation kommen seyn / zu Unterhaltung Friedens/ Rechtens und andern in des H. Reichs Nothdurfft fürgenommen/ verordnet/ und gethan hat/ nichts ausgenommen/ confirmiret, und bestetiget / confirmiren, ratificiren, und bestetigen auch solches alles hiemit von Keys. l. Macht/ und rechten Wissen/ in Krafft dieses Brieffs. Meinen / setzen/ und wollen / daß solches

D samment-

samentlich / und sonderlich Krafft und Macht haben / stet / und fest bleiben / deme nachkommen / und gelebet werden 2c.

18. E. *Buxdorf ad A.B. c. 5. concl. 64.* distingvit: Utrum conveniantur tanquam Vicarii, & tunc, quia juxta superius dicta repræsentant Imperatorem, neque in Camerâ, neque coram Austregis, sed vel coram Imperii ordinibus, vel coram novo Imperatore conveniendos tradit. Sin verò
19. tanquam EE. aut Principes, eundem, quem reliqui status, judicem habebunt: scilicet in causis coram Austregis ventilari solitis, Austregarum Judices, in aliis verò Cameram, vel Judicium Aulicum. *Buxdorf. d. loc.*

20 Idem etiam obtinet in Imperatore. Etenim hactenus dicta sunt intelligenda, si Imperator, vel Rex Romanorum conveniatur quà talis: sicut innuunt verba *A. B. tit. 5. ibi: & quamvis Imperator, sive Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit* &c. & germanicà: Und wiewohl ein Keyser / als Römischer König / von Sachen wegen 2c. Itemq; verba *Speculi Svev. lib. 2. c. 43. §. 6.* ibi: Wenn die Fürsten den König
21. wollen beklagen / so er ihn wieder Recht thut 2c. Quod si verò tanquam Dux, Princeps, aut Comes, ratione Ducatuum, aut Ditionum Imperii (in quibus perinde, ut alius Imperii Princeps consideratur *R. J.* zu Nürnberg. *d. An. 1542.* §. Ferner. Vid. *Reink. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 165 seqq. de reg. sec. & Eccl.*) conveniatur, non coram Palatino, sed ordinario statuum judicio est conveniendus. *Limn. J. pub. lib. 3. c. 9. n. 39. Reink. de*
22. *regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 4 c. 5. n 3.* Ubi præjudciis quibusdam in Camera Spirensi latis hoc confirmat. *Sic An.* 1550. *d. 5. Dec.* pronunciatum refert. In Sachen E. H. und K. N. Principals / wieder die Röm. Königl. Majest. für ihr interesse, ist gebetenes mandatum, und Ladung erkandt. *It. An* 1556. *9. Oct. & An.* 1559 *8. Mart.* In Sachen der weiland Herrn G. Marggraffen zu D. und K. appellanten / wieder die Königl. ietzo Keyserl. Majest. als Ertz-Hertzogen zu Oesterreich / Appellaten / ist allen Fürbringen

nach

nach erkant ꝛc. Extant etiam præjudicia, ubi Imperator sibi ipsi mandasse legitur: Wir Carl ꝛc. Römischer Keyser, entbieten dir Carl / Ertz-Hertzogen in Oesterreich ꝛc. *Gerlac. Buxdorf. ad A.B.c.5.th.64. in fine.* Et imò coram Austregis quoque hoc casu conveniendum esse. Tradit *Georg. Schubhard. tr. d. Austreg. c.3.n.148.*

Thesis IV.

MEmbra non sunt omnia unius generis: sed quædam, quæ olim erant, *a* Imperii Jurisdictioni sunt exempta, eamque vel omninò non, vel secundùm quid saltem agnoscunt, *b* adeoque nec Judicia Imperii summa simpliciter recognoscunt.

SUMMARIA.

1. *Omnes Monarchiæ & Respub. sunt corruptioni obnoxiæ:*
2. *Sic nostrum quoq; Imperium.*
3. *Imperii nostri amplitudo tempore Trajani recensetur.*
4. *Imperium nostrum quando divisum?*
5. *Quando sub Germanis Imperatoribus floruit, & diminutum est?*
6. *Multæ Provinciæ ab ejus Jurisdictione se exemerunt.*
7. *Exemptorum autem sunt varia genera.*
8. *Qui in totum se exemerint, recensentur.*
9. *Gallia fuit membrum Imperii, hodie avulsum.*
10. *Sic etiam Hispania, & alia Regna, quæ recensentur.*
11. *Quidam non omnimodò sunt exempti.*
12. *Helvetii sunt membra Imperii propriâ confessione.*
13. *Ante Instrumentum Pac. in Camera fuerunt conventi.*
14. *Sed per Instrument. Pac. ab ejus, & omnium Imperii Judiciorum Jurisdictione exempti.*
15. *Belgæ tempore Carol. V. fuerunt membra Imperii.*
16. *Hodie verò exempti.*
17. *Electoribus movent litem de præcedentia.*
18. *Dux Burgundiæ, & ejus intuitu Rex Hispaniæ est membrum Imperii.*

19. *Et ante transactionem Norimbergicam in Camerâ quibusdam in causis conveniebatur.*
20. *Sed hodiè secus est.*
21. *Dux Lotharingiæ est membrum Imperii.*
22. *Sed in Camera non convenitur.*
23. *Nisi in causa fractæ Pacis, & Contributionum.*
24. *Dux Sabaudiæ est membrum Imperii.*
25. *In Camera convenitur.*
26. *Tertium genus exemptorum traditur.*
27. *Qui quidem Imperio subjecti manent, incommoda tamen afferunt.*
28. *Ideò Fiscalis in Camera contra eos agit.*
29. *Quod præjudiciis declaratur.*

1. A. QUod amplissimis terrarum: Assyriorum scil. Persarum, & Græcorum accidit Monarchiis, ut, cùm ad extremum altitudinis suæ gradum pervenissēt, ad sua rursus respicientes initia, diminui, partimque peni-
2. tus extingvi cæperint. Id nostro quoq; Romano-Germanico Imperio usu venit. Etenim à parvis exsurgens initiis, tempore Augusti, successorumque quorundam totum
3. penè terrarum orbem complectebatur. Trajanus circa *An. Christ.* 96. imperans, sub suo tenuit Imperio sequētes Provincias. In Asia: Colchidem, Tiberiam, Albaniam, Pontum, Bosphorum, Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Armeniam, Syriam, Arabiam, Palestinā, Ciliciam, Pamphiliam, Lydiam, & Asiam totam minorem. In Africa: Ægyptum, Cirenaicam, Mammaricam, Getuliam, Africam propriā, Numidiam, Mauritaniam, aliasque minores, & ignotiores. In Europa: Italiam, Hispanias, Gallias, Alpes, Rhætiam, Noricum, Illyricum, Macedoniam, Epirum, Græciam, Thraciam, Mæsiam, Daciam, Pannoniam. *Lips. lib. 1. d. magnit.*
4. *Rom c. 3.* Et quamvis diviso, sub Constantino, Imperio in Orientale, & Occidentale; hocque penitus tandem Carol.
5. M. tempore, ab isto avulso, multum sit diminutum; Acces-

sione

sione tamen Germaniæ auctum Occidentale, sub Germanis Imperatoribus: ut Carolo M. & Ottonibus, adhuc floruit; donec tandem per intestina dissidia, papalemque gubernandi libidinem in tantum decreverit, ut vix umbram ejus, quod antea erat, liceat conspicere. Vid latè *Reink. d. regim. secul. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 8. Limn. J pub. lib. 1. c. 9.* Ita enim 6.
factum, ut multæ Provinciæ, & Civitates Jurisdictioni Imperatoris, & Imperii sese subduxerint, inq; libertatem vindicarint. Et scribit *Goldast. in præfat.* der Reichs-Handlung: Daß von Anbegin der Regierung Keysers Rudolphi I. dieses Nahmens/biß auff unser Zeit sich bey 200. und mehr Ort/ und Stände/von Ertz-und Bisthümen/Hertzog-und Fürstenthumen/Marg- und Landgraffschafften / Freyen-und Reichs-Städten / so dem königlichen Stuel zu Aach unterworffen/ dem teutschen Reich einverleibet/mit Eyd-und Lehnpflicht zugethan / und in der Matricul angeschlagen/auff die Reichstäge erfordert/und neben andern getreuen Ständen des Reichs ihre Session und Stimmen gehabt/von demselben Reich eximirt, und entzogen / und weder ohne / noch durch Mittel mehr verwandt seyn/ und diß allein von dem Königl. Stuel zu Aach/in dem Reich Teutscher Nation. Von dem Keyserl. Stuel zu Rom/ist in Italien / und anstossenden Ländern / und Reichen / so dem Römischen Keysern/und Königen Teutscher Nation vorzeiten ohne Mittel unterworffen gewest/noch viel mehr Abfall geschehen.

B. Exemptorum enim non unum est genus. Quidam 7.
enim in totum se exemerunt, ita, ut neque quoad onera, neque quoad commoda pro Imperii membris amplius haberi queant. Imperatorisque Jurisdictionem non magis, quam aliorum exterorum Regum agnoscunt. Quales 8.
(ex iis scilicet Provinciis, quæ sub Germanis olim fuerunt Imperatoribus) sunt Regna. 1. Franciæ. Quod olim Impe- 9.
rio junctum, constat ex Titulo Electoris Trevirensis, qui hodiamnum scribitur: Archi-Cancellarius Imperii Romani per Galliam. Des H. Rom. Reichs durch Gallien/ und

Königreich Arelat ErtzCantzler. Hodiè verò ab Imperio avulsam constat ex *c. venerabilem. vers. insuper cùm Rex superiorem non recognoscat X. qui filii sint legit. Reink. lib. 1. cl. 2.*
10. *c 9. d. regim. sec. & Eccl. Limn. lib. 1. c. 9. n. 31. J. publ.* 2. Hispaniarum. de quo *Reink. d. c. 9. num. 22. seqq.* 3. Britanniæ. *Reink. d. c. 9. n. 40. 41. 42. Limn. d c. 9. n. 25.* 4. Daniæ & Norvvegiæ. *Reink. d. c. 9. n. 43. seqq. Limn. d l. n. 27. 28. 29.* 5. Hungariæ. *Reink. d. l. n. 46. Limn. n. 36.* 6. Poloniæ. *Reink. n. 50. Limn. n 59.* 7. Neapolis. *Reink. n. 14.* 8. Siciliæ. *Limn. n. 65.* 9. Portugalliæ. *Reink. n. 39.* 10. Arelatense *Reink. num. 56. Limn. n. 9.* Et præter hæc Regna plures Provinciæ, Ducatus, & comitatus, de quibus latè *Reink. & Limnæ. dd. loc.*
11. Quidam ita sese exemerunt, ut tamen non omnimo-
12. dè Imperii Jurisdictionem, & Majestatem respuant. Quales sunt I. Helvetii, qui circa *An. 1316* expulsis ob crudelem gubernationem suis Præfectis, in libertatem se vindicarunt. Imperii tamen Majestatem adhuc agnoverunt. Quod ipsi fatentur in einem Sendbrieff *An. 1529.* an den Churfürsten von Meyntz/die Wahl eines Keysers betreffende. ibi: Damit denn E. Hochwürdigkeit/ und Fürstl. Gnaden / unsern Herrn und Obern Willen/und Meinung verstanden/berichten wir sie des/daß wir Eydgenossen also sind herkommen/daß wir Uns von den zweyen Haupt-Stätten / von dem H. Stuel zu Rom / und dem H. Reich nie haben gesundert / besonder denen / als denn billich und recht ist/ und auch zuthuen schuldig/und pflichtig gewesen / und auch noch sind/und auch allwege hinführo thuen wollen/mit unsern Gut/ und Leib beygestanden ꝛc. Et paulò post: So ist kundbar/und offenbar/wir seyn/setzen zu welchen Herrn der ist / zu dem wir Uns verbunden haben/gegen wem das sey/so haben wir allwege ausgenommen/das H. Römische Reich / und nicht unbillich / dieweil wir von dem/unsere höchste/und beste Freyheiten haben / den Adler und das Reich ob unsern Schilden führend/berühmt/ und gebrauchen / sind

auch

alich Glieder/und des gäntzlichen Ehr/und Lob haben wollen / wie andere Ständ und Glieder: Integram Epistolam refert *Goldast. Reichs-Satz.p.100.seq.* Hinc Cameram aliquando 13. Processus contra Helvetios decrevisse constat. *Reink.d.c.9.* A cujus tamen, ut & reliquorum Imperii Judiciorum Ju- 14 risdictione hodiè sunt exempti, ut patet ex Instrumento *Pac. Osnabr. c. 6. ibi:* Cùm item Cæsarea Majestas ad querelas nomine Civitatis Basileensis, & universæ Helvetiæ, coràm ipsius Plenipotentiariis, ad præsentes congressus deputatis propositas, super nonnullis processibus, & mandatis executionis à Camera Imperiali, contra dictam Civitatem, aliosque Helvetiorum unitos Cantones, eorumq; cives & subditos emanatis, requisitâ Ordinum Imperii sententiâ, & consilio, singulari decreto die 14. Mensis Maji, anno proximè præterito declaraverit, prædictam Civitatem Basileam, cæterosque Helvetiorum Cantones in possessione, vel quasi, plenæ libertatis, & exemptionis ab Imperio esse, ac nullatenus ejusdem Imperii Dicasteriis, & Judiciis subjectos. Placuit hoc idem publicæ huic Pacificationis conventioni inserere, ratumque & firmum manere, atque idcirco ejusmodi Processus unà cum Arestis, eorum occasione quandocunque decretis, prorsus cassos & irritos esse debere. Vid. *Limn.d.c.9.n.36.& Reink.d.l.n.91. seqq.*

II. Belgæ tempore Caroli V. etiam in horum nume- 15. ro fuêre. *R.J.d. An. 1548.* §. Nach dem dann von Unser. ibi: Also daß alle dieselbe unsere Burgundische / und Nieder-Erbland in des H. Reichs Schutz/Schirm/Hilf/un Vertheidigung/gleich andern Ständen desselben begriffen / auch die Fürstenthum/ Geldern/Zütfen/und Landschafft Utrecht/hinfüro in den Burgundischen Kräiß gehören/und gemelde Lande dagegen auch zu dem Reich contribuiren &c. Hodie Belgæ absolutam sibi tribuunt potestatem, 16. quasi derelicti ab Imperio, propriis armis libertatem sibi acquisiverint.

Hinc

17 Hinc legati eorum, Electoribus, aliisque Principibus superiorem agnoscentibus, controversiam de sessionis prærogativa movent. Vid. *Limn J.pub lib.1 c 9.n.20.21.*

18. III. Dux Burgundiæ hùc referri potest. Hinc Rex Hispaniæ, ratione Burgundiæ, in Comitiis Imperii compa-
19. ret. *R. J. d. An.1613 subscript.* Et imò ante transactionem Norimbergæ *An.1542. Myns.5.obs 58. n.1.* & Augustæ Vindelicorum. *An.* 1548. factam, (quam exhibet. *Arum. d.Com. c.4.n.90*) in causa fractæ Pac & collectarum in Camera forum sortiebatur. *Gylm.in symphor.suppl.tom.1.tit.1.vol.1.* Sicut etiam contra Regem Hispaniæ, tanquam Burgundiæ, Brabantiæque Ducem, mandata de nonoffendendo in Camera decreta fuisse tradit. *Frid. Mind. d.proc. Cam. extrah.l.1.c.22.*

20. Vi autem dictæ transactionis, in tali casu subditi Ducis Burgundiæ, & Brabantiæ, in loco domicilii non evocantur, sed coram ordinario Judice ad pœnam Banni, vel alias Juris communis pœnas conveniuntur. *Myns. d. obs 58. n. 2. concl. 5.* Nihilominus tamen Imperii Jurisdictioni adhuc subesse tradit. *Gail.lib.1.obs.11. & lib.d.P.P. Limn. J.pub.lib. 1.c.9.n.12.*

21. IV. Dux Lotharingiæ etiamnum Imperii membrum est, ad Circulum Rehnanum pertinens. Et licet vi transacti-
22. onis Norimberg. *An.*1542. inter Imperium, & Lotharingiam initæ, neque in primæ, neque in secundæ Instantiæ causis Cameræ agnoscat Judicium ; Prout in dicta transactione mandatum est Judici, & Assessoribus Cameræ, ut & Judicio Rothvvilensi, ne Ducem Lotharingiæ contra hanc transactionem molestent. Excepti tamen sunt in prædicta
23. transactione casus fractæ Pacis, & contributionum. Sicut ex tenore ejus patet, quem integrum refert *Limn J.pub. lib. 5.c.11.add. Frid Mind.d.Proces.post lib 1.rubr.de privileg.quor. Stat.Reink.d.regim.sec.& Eccl.l 1.cl.2.c.9.n.107.*

24 V. Dux Sabaudiæ, Imperatorem recognoscit. *Menoch*

noch consil.2 n.104. Et Principem Imperii esse patet ex *R.J. de An.1541.* § Nach dem aber/in dem unsern Schwager/uñ des Heil. Reichs Fürsten/ und Lehnmann/ dem Hertzogen von Savoyen/ ein gut theil seines Fürstenthums mit Krieges Gewalt abgetrungen/ und eingenommen. Sind wir in Betrachtung unsers Käis. Ambts/ verursacht/ und zu Errettung des H. Reichs Eigenthums ꝛc. Et ipse se vocat Imperii Vicarium perpetuum. *Reink. d. reg. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 9. n. 105.* Ac proinde etiam in Camera potest conveniri: sicut ab eadem *An. 1528 18. Decembr.* banno Imperiali proscriptus est. *Thom. Mich. d Jurisdict. concl. 20. lit. c.* 25.

Est & aliud genus Exemptorum: Quando scilicet aliquis Imperii Status ab immediata Imperii subjectione eximitur, & mediatus efficitur. Sed hoc casu exemti illi manent Imperii membra, licet ex immediatis mediati fiant, onusque exempti plerumque accrescit eximenti. *R.J.d.An.1548* §. ob aber der/so ausgezogen würd. *R.J.d.An.1555.* §. damit auch ferner. 26

Quoniam autem ejusmodi exemptiones Imperio multa offerunt incommoda *R.J.d. An.1548.* §. etzliche andere aber werden ausgezogen. & *R. J.d. An. 1570.* §. als wir denn weiters. Ibi: die exceptiones würden so gar gemein/ damit dem Heil. Reich in seinen Gliedern/ Session, Stimme/ Vermögen/ uñ Hülffen/ grosse Zerrüttung und Abgang erfolgen thut. 27

Ideò fiscus Imperii adversus eximentes, ut & exemptos, si se eximi patiuntur, in Camera de simplici, & plano processus instituit, & prosequitur. *d. R. J. d. An. 1548.* §. etzliche. *Denais. in Jur. Camer. tit. 99.* §. *11. Gail. 1. obs. 21. Joach. Cluten. syl. rer. quotid concl. 27 lit. E.* 28.

Ita lis inter Fiscalem, & Civitatem Hervordiensem in Camera *An. 1631. 31. Mart.* fuit definita. In Sachen Käis. Fiscal/ Klägern eines/ wieder Bürgermeister/ und Rath der Stadt Hervordten/ Principaln/ so dann Frauen Aebtissin daselbst pro 29

 interesse

interesse Beklagten / anders theils / exemptionis, ist allen Fürbringen nach zu Recht erkandt: daß gedachte Stadt Hervordt für eine ohne mittelbahre Reichs Stadt zu erkennen / und derowegen Bürgermeister / und Rath derselben also ordinar- und extraordinar, gefreyte / und ohngefreyte Reichs-Anlagen / und contributiones &c. zu bezahlen schuldig / und darzu zu condemniren / uñ verdammen. Auch ob bemelter Aebtissin ihres angemaßten Außziehens / ein ewig stillschweigen aufzulegen sey / wie wir sie deñ hiermit respectivè dafür erklären / uñ verdam̃en. *Reink. lib. 1. cl. 4. c. 21. in fine*: ubi etiam aliud præjudicium in Camera, inter Fiscalem, contra Ducem Holsatiæ, eximentem, & Civitatẽ Hamburgensem, exemptam. *An. 1618. 6. Jul.* latum allegat.

THESIS V.

ALia verò Imperio adhuc fixè adhærent, ejusque Jurisdictioni omnimodè subsunt. Idque fit vel mediatè, *a* vel immediatè. *b* Inveniuntur tamen etiam, qui partim sunt mediati, partim immediati, adeoque mixti *c* appellantur.

SUMMARIA.

1. *Mediata Imperii membra definiuntur.*
2. *Sunt etiam Imperatori, & Imperio subjecti.*
3. *In secunda Instantia in Camera conveniuntur.*
4. *Immediati qui?*
5. *Mixta Imperii membra quæ dicantur.*
6. *Inter quæ sunt quidam Comites.*
7. *Comites à Schwartzburg certo respectu Duces Saxon. superiores recognoscunt.*
8. *Alii quidam Comites recensentur.*
9. *Qua ratione hoc fieri queat; ut scil. quis sit pro parte mediatus, pro parte immediatus, exponitur.*
10. *Subinfeudatio regalium quomodo fiat?*
11. *Dux VVirtenburg. est mixtum Imperii membrum.*
12. *Quò referuntur etiam quædam Civitates.*
13. *Veluti Hamburgum: ut præjudicio firmatur.*
14. *Itemq; Brunsvigum, quod præjudicio declaratur.*

Quos

A. Quos definit *Reink.lib.1.cl.5.c.11.n.1.d.regim.sec.& eccl.* qui non Imperatori, & Imperio, sed aliis superioribus, & statibus immediatis, immediato subjectionis nexu devinciuntur, quibus etiam homagium, & alia subditorum onera exhibent. Hi, licet Principibus suis homagium præstent, iisque subsint; tamen sunt cives Imperii Romani, eique & Imperatori, licet mediatè subsunt: adeoque in eorum juramento censetur reservata Imperatoris, tanquam superioris autoritas *Reink.d.l.n.23.* Qua ratione in secunda, seu appellationis Instantia, etiam coram summis Imperii Tribunalibus se sistere tenentur, prout infrà ex *th. 13.* patebit. 1. 2. 3.

B. Qui scilicet nullum alium, præter Imperatorem, & Imperium agnoscunt superiorem. De quibus hoc loco potissimùm agetur. 4.

C. Ita dicuntur, qui ratione certorum privilegiorum, ab Imperatore, Imperioque obtentorum; Itemq; respectu meri aliquando Imperii, eique connexorum Jurium, immediatè Imperio subsunt; imò nonnunquam status sunt; respectu verò quorundam bonorum, & feudorum in aliorum territoriis sitorum; vel etiam certis pactis, & conditionibus, alios Principes, & status, superiores agnoscunt. Tales sunt I. Nonnulli Comites, & Barones. *R.J.d.A.1548.§.* wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. ibi: so haben wir doch dargegen erwogen/daß solche Graffen/und Herrn/zu mehrentheils unter ihren besondern Lands-Fürsten gesessen/ vormals von allen ihren Gütern denenselben gedienet ꝛc. Et huc refert *Carol ab Hagen. Jurispr.publ.lib.1.c.2.* Comites à Schwartzburg / qui Imperio ratione personæ, & regalium immediate subsunt, solumq; Imperatorem, vel Cameram, Judices habent; Comitatum tamen à Ducibus Saxoniæ recognoscunt, unde eorum Vasalli sunt, & in causis feudalibus eorum forum sequuntur. *Limnaeus.Jur.publ.lib.4.cap.4.num.93.* 5. 6. 7.

 Ubi

8. Ubi præterea huc refert Comites Waldeccios, & Comites de Riedberg, quos Vasallos dicit Principum Hassiæ; personale tamen homagium præstare Imperatori, & Imperio. Itemque Rhingravios: qui respectu Comitatus Salmensis, sunt Landsassii Lotharingici, quamvis respectu feudorum Imperialium sint Wildæ zu Dam/ und Kirchberg / Rhenique zu Stein/ und Wirnberg Comites Imperio immedia-
9. tè subjecti. Qua verò ratione hoc fieri queat, tradit *Reink. lib.1. cl.4.c 14.n,40. de regim. sec. & Eccles.* Quòd scilicet Comes quidem Comitatum suum à Principe aliquo in feudum accipere, idque ab eo recognoscere queat, sed regalem dignitatem, comitatui isti annexam non possit accipere à Principe, sed ab Imperatore; vel, si maximè per subinfeudationem illam Princeps conferat, ab eo tamen non, sed tanquam à summo Principe profectam, utut mediatè
10. recognoscat. Quod etiam plerumque in investituris solet exprimi, adeoque quando ejusmodi subinfeudatio ab Imperatore confirmatur, adjici solet clausula: mit Vorbehalt der Oberlehns-Gerechtigkeit. *Regner. Sextin lib.1.c.4. n 57. seq. d. regal.* Hinc infert *Reink. all. loco ex Nicol. Everd. Juniore. cons.41.n 85.* quod hæc duo simul stare queant: ut aliquis Comitatum, vel Baroniam in feudum recognoscat ab inferiore aliquo Principe; Regalia verò in eodem
11. ab Imperatore: Idque alio exemplo Ducatus Wirtenbergici, qui est feudum domus Austriacæ; Regalia verò, quorum intuitu Dux status est Imperii, ab Imperatore habet, & recognoscit.

12. II. Civitates quædam: uti est civitas Hamburgen-
13. sis. Quam cùm Duces Holsatiæ, tanquam simpliciter subjectam, & merè municipalem sibi appropriare conarentur; Carolus IV. jussit Hamburgum Ducibus Holsatiæ parere, salvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt.

runt. Atque inde Civitatem quoad suas libertates immunitates, privilegia, Imperio immediatè subjectam, & proinde statum Imperii; in aliis verò Ducibus Holsatiæ subditam esse vult *Albert. Krantz. lib. 10. c 2.* Item Civitas Brunsvicensis: quæ certo respectu, ratione territorii, Ducem Brunsvicensem recognoscit; ratione tamen regalium, quæ habet ab Imperatoribus, eadem Imperio immediatè subest. Hinc in Camera *Anno 1599. 27. Sept.* contra Heinricum Julium, Ducem Brunsvicensem decretum: ut à cognitione & processibus causarum, quæ Civitatis Brunsvicensis regalia tangunt, abstineat. ut tradunt *Joachim Cluten syl. rer. quotid. concl. 27. lit. E. Gail. 2. obs. 54.* 14

Thesis VI.

IMmediatorum alii sunt Status Imperii; *a.* alii non *b*: uti Nobiles immediati *c.*

SUMMARIA.

1. *Status Imperii definitur,*
2. *Statum quem esse quomodo probetur?*
3. *Non omnes immediati sunt Status.*
4. *Statum quem esse quid requiratur?*
5. *Immediatum quem esse quid requiratur.*
6. *Idem potest esse & mediatus, & immediatus.*
7. *Nobiles immediati qui?*
8. *Subsunt immediatè Imperio, sicut alii Status,*
9. *Eorum immediatas probatur Instrum. Pacis.*
10. *Gaudent Privilegio Austregarum.*
11. *Hodiè non sunt Status.*
12.13. *Olim Status fuisse, affirmatur per rationes.*
14. *Idem negatur per rationes, & ad contraria responsionem.*
15. *Ad Comitia hodie non vocantur nobiles immediati.*
16. *Quod ipsi fatentur.*

E 3 17. *Quando*

17. Quando, & quâ de causa vocari desierint.
18.19. Negativa ulterius probatur.
20. Qua ratione ad Comitia vocati fuerint Nobiles.
21. Ad suprà, pro affirmativa adductam rationem respondetur
22. Quidam Sveviæ, & Franconiæ &c. Nobiles non sunt immediati, sed Principibus subjecti.
23. Saltem de immediatis loqvuntur Recessus Imperii.
24. Reliqua Imperii membra immediata recensetur.
25. Quò referuntur Ganerbii.
26. Horum privilegia, & pœnæ remissivè. tur.
27. Quidam Commendatores sunt immediati, & in Camera conveniun-
28. Quædam Capitula sunt immediata, & in Camera conveniuntur.
29. Eorum quædam recensentur.

1. A. STatum definit *Carol. ab Hagen. Jurispr publ. lib. 1. c. 2. junct. Dan. Myl de Princip. & Stat. Imper. c. 10.* Immediatum Imperii membrum, in matriculam, seu albū Imperii, communi Cæsaris, ac Procerum Imperii consensu, receptum, in Comitiis Jus sessionis, & suffragii, cumque Imperatore, & reliquis Statibus, tanquam ein Christlich corpus, und Versamlung/ de negotiis, & salute Imperii delibe-
2. randi, ac statuendi potestatem habens. Hinc infert: Statum aliquem posse probari: si 1. matriculæ Imperii insertus est. 2. & votum, atque sessionem in Comitiis Imperii habet. *R. J. d. An. 1548.* §. Wann auch ein Ausgezogener. vid. lit. seq.
3. B. Non enim omnes immediate Imperio subjecti, etiam status sunt Imperii: ut constat ex Deputations-Abschied *d. An. 1564.* §. Und wollen wir/ als Röm. Käiser/ gegen denen/ so nicht Stände des H. Reichs/ jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen. *Domin. Arum. d. Comit. c. 4. n. 125.* Ubi exempla.
4. It. *n. 2. & n. 76.* Nam ut quis sit status, requiritur non tantum, ut sit immediatus, seu Imperio immediatè subjectus. *R. J. d. A. 1548.* §. Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. ibi: so haben

ben wir uns mit Churfürsten/Fürsten/und gemeinen Ständen/und der abwesenden Räthen / und Gesandten verglichen/wo einige Graffen oder Herrn wären / welche kürtzlich ihre Dignität erlanget / und dem Reich immediatè nicht/sondern andern ihren Lands-Fürsten unterworffen/ auch nicht Güter ohne Mittel von / oder unter dem Reich hätten/daß dieselbe in die Anschläge nicht gezogen &c. *Gail. de arrest. c. 6. n. 25.* Verùm etiam 2. ut matriculæ Imperii sit inscriptus. *Arum. d. Comit. c. 2. n. 31.* Et 3. ut in Comitiis Imperii sessionem, ac votum habeat. Quam notam *Arum. d. Comit. c. 4. n. 1.* fermè unicam, vel præcipuam esse asserit, indeque status, Reichs-Stände/appellari putat, quod statum, & locum votandi, & sedendi in Comitiis Imperii habent. *arg. R. J. d. An. 1548.* §. Wann auch ein Ausgezogener. Ibi: also daß er/der ausgezogen/dem ausziehenden Stand/ ohne Mittel unterworffen/nicht Stimm/und Stand in Reichs-Versamlung hätte &c. Ergò: Welcher Stimm/und Stand in Reichs-Versamlungen hat/der ist ein Reichs-Stand. Quique de sessionis hujus, & voti prælatione cum aliis certant, dicuntur Status, juxta *R. J. d. An. 1500.* tit. Wie die Irrung der Session &c. ibi: Daß alle und jede Stände des Reichs/was Würden/Stands/oder Wesens sie seyn/so der Session oder Stands halben/gegen oder mit einander strittig oder irrig seynd. Hinc infert: quicunque Jus sessionis in Comitiis non habent, status non esse, licet aliàs immediata Imperii membra sint, idque exemplis nobilium immediatorum, aliorumq; illustrat. *ad. Nicol. Myll. d. Princip. & Stat. Imp. c. 11.* Quibus requisitis hodiè ex *Capitulat. Ferd. IV. art. 45.* additum: ut in posterum nemo ad Senatum Imperii admittatur, nec pro verò Imperii Principe reputetur, nisi ab Imperio feuda regalia possideat. *Myll. d. c. 11. n. ult.*

Ad

5. Ad hoc verò, ut quis dicatur immediatus, sufficit, ut vel ratione personæ immediatè Imperio subsit, i.e. nullum superiorem nisi Imperatorem, ejusque suprema Judicia, Cameram, & Judicium Rothvvilense agnoscat; vel bona in, & sub imperio immediatè sita possideat. *Reink. lib. 1. cl. 5. c. 10. n. 29 30 & 33 d. regim sec. & eccles.*

6. Hinc fieri potest, ut unus idemque pro diversitate bonorum, quæ possidet, ratione quorundam, ut mediatus, ratione aliorum ut immediatus censeri possit. *d R. J. d. An. 1548.* §. auch der Graffen von Tübingen halben. ibi: daß sie als Grafen des Reichs ihrer Güter halben / so sie ohne Mittel im Reich haben / gleichwol in des Reichs Anschläge gezogen werden mögen / aber der Pfandschafften / auch eigener / oder Lehngüter halben / so sie von seiner Liebden (intelligitur Ferdinand: Rex Rom.) und in derselben Oesterreichischen Landen haben / vom Reich billich unbelegt bleiben sollen.

7. C. Nimirum quidam in Svevia, Franconia, & ad Tractum Rheni, qui die freye Reichs-Ritterschafft dicuntur; inde forsan: Weil sie von anderer Herrn Landes hohen Obrigkeit gefreyet / und dem Reich ohne Mittel unterworffen sind / ut vult *Reink. lib. 1 cl. 5. c 10 n 4 de regim sec. & eccl.* per *R. J.* zu Augspurg *d. An. 1555.* §. Und in solchen Frie-
8. den. Qui non minus quàm Imperii status immediatè Imperio subsunt, Constitutionibusque Imperii de immediatè Imperio subjectis loquentibus, comprehenduntur.
9. *Cluten. Syl. rer. quotid. concl. 26 lit. K.* Horum immedietas etiam confirmatur ex *Instrum. Pac. Osnabr. c. 5. § 10.* ibi: libera, & Immediata Imperii Nobilitas, omniaque, & singula ejus membra, una cum subditis, & bonis suis feudalibus, & allodialibus, nisi fortè in quibusdam locis, ratione bonorum, & respectu territorii, vel domicilii, aliis Statibus repe-

riantur

riantur subjecti, vigore Pacis religiosæ, & præsentis conventionis, in juribus, religionem concernentibus idem Jus habeant, quod supra dictis Electoribus, Principibus, & Statibus competit &c. Hinc etiam gaudent privilegio primarum Instantiarum, & ad secundi ordinis personas referuntur, adeoque perinde, ut Prælati, Comites, Barones, Imperii immediati, coram Austregis sunt conveniendi. *O C. p.2. tit.3.* ibi: Ritter oder andere des Adels / die ohne Mittel dem Reich unterworffen seyn *& tit.5.* ibi: Edelmann / oder Knecht dem Reich ohne Mittel unterworffen. *Cluten. syll. rer. quotid. concl. 26. li K.* Hos verò hodiè pro statibus computari, defendi vix poterit, neque si considerantur ut totum collegium, ceu autumat *Compilator præjudicior. Cameral. verb. Nobilitas.* Cùm neque in matricula Imperii reperiantur, neque ad Comitia vocentur. *Georg. Obrecht. d. Jurisdict. lib.2. c.7. n.4. VVurmser. Exercit. J. pub. 1 quæst. 17.* multò minus Jus Sessionis, & suffragii in iis habent. *Cluten. Syl. rer quotid. concl. 26. lit. K. Arum. d. Comit. c.4. n.3.* Quondam eos Imperii status fuisset, tradit *Besold. Thesaur. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *pr.* quod etiam approbare videtur *Arum. d. Comit. c.4. n.125. junct. n.1. eod.* Quoniam scilicet ad Comitia sunt vocati: quod patet ex quibusdam Recessibus Imperii: *de An. 1495. Rubr. Reformation* König *Maximilian.* §. Von der heimlichen Gerichte wegen. *& An. 1442.* ibi: Mit Beywesen / und Rath unser / und des Heil. Reichs Churfürsten / und Fürsten / Geistlichen / und Weltlichen / Graffen / Freyen / Herrn / Ritter / Knechte / und Städte / die wir dann durch sie selbst / oder ihre mächtige Sendboten darum insonderheit herzu uns zu kommen / gebeten / und geheissen haben &c. Quin imò clarius hoc patescit ex *Recess. Deputat. VVormat. d. An. 1564.* §. Wir wollen auch auff uns vorbracht Bedencken. ibi: auch in diese die Ganerben / und andere von der Ritterschafft / und dem Adel / welche unter dem Kreiß-

F und

Margin numbers: 10 (at "tibus competit &c. Hinc etiam gaudent privilegio pri-"), 11 (at "Hos verò hodiè pro statibus computari, defendi vix"), 12 (at "Quoniam scilicet ad Comitia"), 13 (at "Quin imò clarius hoc patescit ex").

und Reichs-Ständen mit begriffen sind :c. Ubi expressè
14 Nobiles quidam inter status referuntur. Verum enim verò, aliis hæc sententia displicet, utpote quæ nullo certo
15. nititur fundamento. Nam præterquam quod 1. hodiè certum sit, eos non vocari ad Comitia, multo minus votum & sessionem ibi habere, sicut patet ex testimonio der Churfürsten/ Fürsten und gemeinen Stände des Reichs / in ihrer Antwort im Religions-Frieden/der Röm. Königl. Majest. den 6. *Sept. An. 1555.* übergeben. §. 4. ibi: Was aber die Freyen vom Adel/oder die Ritterschafft dem Reich ohne Mittel / und sonst keinem höhern Stand unterworffen/die keine Stimm / und Session in Reichs Rath haben/auch in Anschlägen nicht begriffen / anlan-
16. get &c. Quod eò minus in dubium vocandum, quia ipsimet Nobiles immediati hoc fatentur[l], in literis, quas An. 1619. 11. Nov. Norimbergæ Correspondentibus statibus exhibuerunt. ibi: Weil die Reichs-gefreyte Ritterschafft / als ein sonderbar/doch der Römischen Käiserl. Majest. und den Heiligen Reich/so wohl als die Reichs-Städte/ohne Mittel zugethane corpus, in die Reichs- und Kreyß-Matricul/ auch dero Anschläge nicht begriffen/und auff die Reichs-Deputation- und Kreyß-Convent
17 nicht beschrieben zu werden pflegen. Etiam II. Incertum est, quo tempore, & qua de causa desierint vocari. Id saltem monet *Arum. d. Comit. c. 4 n. 125. in fine.* ex recessibus Imperii patere, à tempore Maximil. I. Imperat. ad hoc usq; eos vocatos non fuisse. Hincq; factum ait, ut, cùm antea, nobiles adfuisse, fuerit Recessibus insinuatū, sicut patet ex suprà *all. R. d. An. 1442.* stylus hic in Comitiis Wormatiens. An. 1494. fuerit mutatus, ita: Mit zeitigem Rath der Churfürsten/ Fürsten/und gemeiner Versamlung. Vel, ut alibi: in den Königlichen Landfreden. ibi: Mit einmütigen zeitigen Rath der Churfürsten/Fürsten/Geist- und Weltlichen/Prælaten/ Graffen/ Herrn/ und Stände. Quos text. allegat *Arum. d. loc.* An verò

præ-

præcedentia Comitia: uti An.1487. Norimbergæ, & An. 1486. Francofurti & An.1474. Augustæ habita, fuerint vocati, certò non constat, emansisse vero patet ex iis, quæ habet *Lehm.Chr.Sp lib 7.c. 113.seqq.* Neque etiam supra adducta ratio firmiter concludit: ad Comitia fuerint vocati. 18.
E. fuerunt status Imperii. Respondet enim *Limn.J.pub. lib. 6.c 3.n.18.* I. quod non rarò alii etiam, quam Status Comitiis interfuerint. Sic in comitiis Roncaliensibus interfuerunt etiam Judices, & Proceres sacri Palatii Imperii per quos verò, notante *Scip.Gentile.ad Auth.habita C.ne fil. pro patre.* intelliguntur Aulæ Magister, Mareschallus, Cancellarius, imò ipsi JCti, qui in Consistorio Principis vixerunt. Ita notat etiam *Bertram.d.Comit.memb 3 th.49.* quod recentioribus quoque temporibus quandoque alii, quàm qui Jus sessionis, ac dicendæ sententiæ habuerunt, ad Comitia fuerint vocati. II. quod si ex allegatis Recess. velimus probare: Nobiles immediatos fuisse status, eadem 19.
ratione dicendum foret, omnes Imperii Nobiles fuisse status, quoniam scilicet in genere omnium Nobilium, nec tantùm immediatorum ibi fit mentio. Et præterea Nobiles Comitiis interfuisse dicuntur, antequam immediatorum nobilium nomen in rerum natura esse cœpit. Proinde 20
concludit *Limn.d.l.n.19.* cum *Autore* der Donawertischen Erinnerung *p.169. & 173.* Nobiles interfuisse Comitiis, non tanquam status, sed tanquam Consiliarios, & adjutores Imperii. Cui consentit etiam *Josias Nold. tr. d. Stat. Nob. c. 16.n.149.* Ad 2. rationem, ex R. Wormat.1564. desumptam, 21.
respondet idem *Limn.d lib.6.c.3.n.31.32.* concedendo, esse quosdam ex nobilibus immediatis status Imperii. Idque per aliquos Imperii Recessus probare vult, quod suo loco, aliorumque altiori indigationi relinquo. Cæterum quæ 22
dicta sunt, non de omnibus Sveviæ, Franconiæ, & ad Rhe-

 num

num tractus nobilibus intellecta velim. Multi enim iisdem locis inveniuntur, qui suis Principibus, quorum in territoriis domicilium habent, iisque homagium præstant, subsunt. Id quod de iis quoque, qui Ditionibus, & territoriis Ducum Saxonicæ comprehenduntur, affirmat, multisque præjudiciis, & rationibus confirmat *Dn. Carpz. Dis-*
23. *sert. de privil. de non appell. Duc. Saxon th 52 53. 54. 55.* Quapropter etiam Recessus Imperii de iis saltem determinatè loqvuntur, qui immediatè Imperio subsunt. *R. J. d. An. 1542.* § *90.* ibi: Dergleichen soll es mit denen von Adel / so dem Reich ohne Mittel/und keinen andern Fürsten/oder Herrn unterworffen/ und mit ihren Unterthanen/oder Hintersassen auch gehalten werden. *Reink. lib. 1. cl. 5. c. 10. n 5. d. regim. sec & eccl.*

24 Præter prædictos Nobiles alii quoque in Imperio reperiuntur immediati, qui tamen status non sunt. Uti sunt
25. 1. Ganerbii *Reink. lib. 1 cl. 5 c. 10. n. 21.* Qui initio, utpote Reip. salutares, & latronum extirpatores tolerabantur
26. non modò, sed & multis privilegiis ornabantur. Postquàm verò deinde ipsi latronum commercia sectari cæperunt, Publicis Imperii constitutionibus coercebantur. Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg. *d An. 1500.* tit. Wieder der Ganerben Schluß: ibi: Und ob die gemeine Ganerben über solche Verkündigung die Thäter/ oder Friedbrecher / ihres theils gemeines Enthalts/oder Gerechtigkeit geniessen oder gebrauchen liessen/und hierin Ungehorsam erschienen/ declariren / ordnen / setzen und wollen wir / daß sie durch solchen ihren Ungehorsam in die Pœn, in unsern Land-Frieden Handhabung und declaration begriffen/ gefallen seyn/und darauff in die Acht verkündt/und denunciret werden sollen. Add. *Cluten syl. rer. quotid. concl. 26. lit. K.*

27 Itemque immediati sunt quidam Commendatores Ordinis Teutonici. Et contra eos tanquam immediatos, processus in Camera decernuntur. *Reink. lib. 1. cl 5. c. 10. n. 23. vide inferius.*

Imme-

Immediata etiam sunt quædam Capitula libera, freye 28
Käyserl. Stifft quæ immediatè Imperio, & Imperatori subsunt, adeoque in Camera rectè conveniuntur. Quale est 29
Capitulum Canonicorum, Bruxellæ, non procul à Spira in Praurheim. Item Burscheidt propè Aquisgranum. It. Collegium Arnvillense propè Sarbrücken. Item Cœnobium Eberæcense, in Ostro-Francia, in sylva Steigerwald situm. Item Monasterium S. Michaelis in colle Münchberg/juxta Bambergam situm. *Georg. Schubh. d. Austreg. c. 3. n. 27. Gail. 1. obs. 30. n. 9.* ubi subjicit: aliquoties in Camera tùm pro, tùm contra, in causis dictorum Capitulorum fuisse pronunciatum.

THESIS VII.

STatus Imperii dividuntur, vel ratione territorii, in decem Circulos; *a* vel ratione dignitatis, in tres classes. 1. Electorum, tam Ecclesiasticorum, quam secularium. 2. Principum, itidem Ecclesiasticorum, & secularium. 3. Civitatum Imperialium.

SUMMARIA.

1. *Divisionis Imperii in Circulos, ratio exponitur.*
2. *Primùm sex saltem fuerunt.*
3. *Postea quatuor additi, & sic decem effecti, qui recensentur.*
4. *Circulorum usus, & officium exponitur.*
5. *Cognoscunt de re monetarea.*
6. *Item de Contributione Imperii.*
7. *Item de Executione sententiarum Cameræ.*
8. *Item de litibus finium, inter status ortis.*
9. *Quidam faciunt tres classes statuum, qui recensentur.*
10. *Alii faciunt septem classes.*
11. *Primam Classem constituunt Electores, qui recensentur.*

12.13.14.15.16. *Inter Ecclesiast. Elector. primus est Archiepiscopus Moguntinus, cujus dignitas, & munus in solennibus Curiis exponitur.*

17.18.19. *Trevirensis dignitas, & munus explicatur.*
20.21. *Coloniensis dignitas & officium traditur.*
22.seqq. *Electores Politici recensentur.*
23.24. *Rex Bohemiæ est Elector, cujus dignitas, & munus in Imperiali Curia, narratur.*
25.26. *Palatini Electoris, Archidapiferi dignitas, & munus recensetur.*
27. *Est Judex Imperatoris.*
28. *Est Imperii Vicarius.*
29. *Dux Bavariæ est Elector creatus in locum Palatini.*
30. *Palatinus restituitur.*
31. *Dux Saxon. Elector, est Imperii Archimarschallus.*
32.33.34. *Hujus dignitas exponitur.*
35. *Est Imperii Vicarius.*
36. *Gaudet privilegio, de non appellado.*
37.38.39.40. *Electoris Brandenb. Archicamerarii dignitas traditur.*
41.42. *Palatinus, Archithesaurius Imperii, est octavus Elector.*
43. *In II. Classe sunt 4. Archiepiscopi.*
44. *Primò Magdeburgensis, de quo allegatur Instrumentum Pac. Osnabr.*
45. *Secundò Bremensis, de quo itidem dictum Instrumentum allegatur.*
46. *Tertio Saltzburgensis.*
47. *Quarto Vesuntinus.*
48.49. *In III. Classe sunt Episcopi.*
50.51.52. *Quibus annumerantur alii, qui recensentur.*
53.54.55.56. *In IV. Classe sunt Principes Politici, de quibus.*
57. *In quorum numerum novi qvidam sunt recepti.*
58. *In V. Classe sunt Prælati.*
59. *Quibus adduntur Abbatissæ.*
60. *Ut & alii.*
61. *In VI. Classe sunt Comites, & Barones.*
62. *In VII. sunt Civitates Imperiales.*

1. A. QUò Imperii securitas, paxque publica eò facilius
conservari queat; divisum est Imperium in cer-
2. tos Circulos. Quorum primis temporibus saltem
sex

ſex fuerunt: 1. Franconicus. 2. Bavaricus. 3. Svevicus. 4. Rhenanus. 5. Weſtphalicus. 6. Saxonicus. à Maximil. I. Auguſtæ. *An. 1500.* ſtatuum conſenſu, & approbatione conſtituti. Poſteà verò *An. 1512.* quatuor additi, & ſic decem ſunt 3.
effecti: Auſtriacus, Bavaricus, Svevicus, Franconicus, Rhenanus, Quatuor Electorum ad Rhenum, Burgundicus, Weſtphalic⁹, Saxonicus ſuperior, Saxonicus inferior. Qui ſinguli certos ſtatus, Principes, ac Civitates comprehendunt. Quos latè recenſet *Arum d. Comit. c. 2. n. 47.* Horum 4.
uſus & officium eſt, ut vi mandatæ à Cæſare Juriſdictionis, deliberent, cognoſcantque I. de re monetaria: quem in 5.
finem quotannis duos conventus, quos Probation-Täge appellant, regulariter ſinguli inſtituere debent. *R. J. d. An. 1570. Spiræ.* §. Sintemal auch zu Handhabung & *R. J.* zu Regenſpurg *d. An. 1576.* §. ſetzen alſo demnach / und befehlen. II. de 6.
contributionibus Imperii, tùm ordinariis, tùm plerumque extraordinariis, ſeu ſubſidio charitativo, ut vocant. Contra quas tamen extraordinarias collectas. Status Imperii aliquoties ſunt proteſtati. Ut conſtat ex *actis Comitiorum. Ratiſponæ, An. 1597. & An. 1603. celebratorum. Arum. d. Comit. c. 2. n. 45. ſeqq.* Adeoque in *Inſtrum Pac. art 9.* concluſum: ut non niſi in Comitiis, conſenſu, & ſuffragio ſtatuum petantur, & promittantur. *Nicol. Myl. d. Princip. & Stat. Imp. c. 12.* III. De Executionibus ſententiarum Cameralium, 7.
contra contumaces faciendis. Quando enim propter potentiam Rei executio aliàs fieri nequit, Vicinis Circulorum Profectis, dem nechſt geſeſſenen Creyſs-Obriſten / demandatur à Camera, ut ipſi publico Imperii ſumptu, conjunctis viribus, & Copiis, communicatoque conſilio, ſententiam contra reos exæquantur. *Ord. Cam. p 3 tit. 49. Gail. lib. 2. d. P. P. c. 17. n. 28.*

Lites

8. IV. Lites & controversiæ de finibus, inter Status ortæ quàm plurimùm in conventibus Circulorum determinari solent. *Carol. ab Hagen. Jurispr. pub. lib. 1. c. 3.* Plura de Juribus, & qualitatibus Circulorum tradit *Limn. in addit. ad lib. 1. J publ. c. 7. n. 26. & 32.*

9. B. Ita dividit *Reink. lib. 1. cl. 4. c 3. n 1. d. Regim. secul. &*
10. *Eccl. Sprenger. synops. Jur. publ. c. 8.* Alii distinctius in septem classes distribuunt. *Limn. Jur. publ. lib. 1. c 7. Nicol. Myl. d. Princ. & Statib Imper. c 12 VVendel. Polit. lib. 2. c. 30. th 3. & ipse Reink. d. cl. 4. c. 21.*

11. In I. cunstituunt Electores; tres Ecclesiasticos: ut Ar-
12. chiepiscopos 1. Moguntinensem, S. Romani Imperii per Germaniam Archicancellarium. Juxta text. *A B. c. 2. § 2. R. J. d. An 1555.* §. so sich dann abermahls. ibi: Seine Liebd/ als
13. Ertz-Cantzler des Reichs. Qua ratione ei soli imperialium decretorum signatura olim competiit. teste *Paurmeist. lib.*
14 *2 de Jurisd. Imp. Rom. c. 2. n 33.* Et hodiernum publicum Imperii Archivum, quo acta Imperii publica continentur, ut & matricula Imperii, penes ipsum asservantur. *Rutg. Ru-*
15. *land. d. commiss. l 5. c. 4.* Præterea Judicium Imperii aulicum der Käiserl. Reichs-Hoffrath/ cum Cancellariâ juramento ipsi obstringitur. *Thom. Michael d. Jurisd. concl. 28. lit a.* (Quod tamen non semper usu servari, à quibusdam Consiliariis aulicis audivisse se testatur *Reink. d Reg. sec. & Eccl. lib 1. cl. 4. c. 19.*) ab eoque singulis annis, vel ad minimum bi-
16. ennio visitatur, & reformatur. *Reink. d cl. 4 c. 19. n. 47.* sicut eadem ratione in celebratione Curiæ Imperialis, in ejus Archicancellariatu instituta, ipse portat super baculo argenteo omnia sigilla, & typaria Imperialia. *Limn. lib. 3. Jur. publ c. 4. n. 2.*

17. II. Trevirensem Archicancellarium per Galliam, & regnum arelatense. Qui titulus, & honos ex Jure antiquo

ipsi

ipsi competit, quo Gallia, & Regnum arelatense Imperio Romano suberant,& parebant. *Limn. J publ.lib.3.c.5.n.4.* Huic datum est per *A. B. Tit. 4.* §. zum ersten soll er fragen/ ut 18. primũ in Electione Imperatoris proferat votum, adeoque hac ratione reliquis Electoribus præferatur,(rationem tradit *Limn. J.pub.lib 3.c.5.n. 7.8.* usu tamen hoc servari negat *Reink. d. regim. sec. & Eccl.lib.1.cl.4. c.3.n.19.*) sicut & hoc, 19. ut sedeat ex opposito,& lineari directione versus Imperatoris faciem. Gerichts gegen eines Käisers Angesicht über *A. B. cap.3.§.2.*

III. Coloniensem, Archicancellarium per Italiam. 20 *A B.c.3.§ 2.* Huic secundum in Electione competit votum, 21. isque honos datur, ut primùm diadema regium imponat coronando. *A.B.c.4 § 3.* Quod quidem aliquando non observatum fuisse tradit, & rationem subnectit *Limn. J. pub. lib.3.cap.6.*

Et quinque (ante Instrument. Pac. Osnabrugens. 22. quatuor saltem) seculares. Ut I. Regem Bohemiæ. *A. B.* 23. *c.7.* Qui S. Rom. Imperii Archipincerna,in celebratione 24 Curiæ Imperialis primùm porrigit potum Imperatori. *A. B.c.4.§.4.& c.27.§.5.* primumque inter seculares obtinet locum. *d.c.4.* & in solemnibus Curiis dextero Imperatoris lateri, immediatè post Archiepiscopum Moguntinum, vel Coloniensem,juxta distinctionem *A.B c.4.§.1.* assidet; In processionibus verò solennibus Imperatorem immediatè sequitur. *A.B.c.22.Limn.J.p. lib.3.c.8.* II. Palatinum, 25. S Rom.Imperii Archidapiferum. Qui, præterquam quod 26 in solennibus Curiis quatuor scutellas argenteas, cibis replètas,ante Imperatorem reponat in mensam. *A. B. c 25. §.4.* quartumque in Electione obtineat votum. *c. 4. A.B. §.1.* & à dextero Imperatoris latere, post Regem Bohemiæ consedeat, *d.c.4.* nec non in processionibus solennibus po-

mum Imperiale aureum gestat *c. 21. A. B.* aliis etiam præfulget dignitatibus.
27 get dignitatibus. Nam 1 Judex est Imperatoris, Regisq; Romanorum. *sicut supra, th. 1. latè dictum*, ideò non est, ut
28. hîc repetamus, 2 Vacante Imperio, ejusdem est Vicarius in partibus Rheni, & Sveviæ, & Juris Franconici, de quo
29 articulo itidem superius dicta videri poterunt. Cæterùm notandum, quod ortis in Bohemia motibus, in Palatini Rheni locum Cæsar provexerit Ducem Bavariæ, ut adeô ille secundus inter seculares Elector esset. Postquam verò vi Instrumenti Pacis Osnabrug. Electoralis dignitas Friderico patri adempta, Filio ejus, Dn. Carolo Ludovico restituta fuit; quintum hic locum inter Electores seculares constituit. Deque eo *in d. Instrum. Pac. c. 4.* ita dispositum
30. legitur. Quod ad domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis causâ consentit, ut vigore præsentis conventionis, institutus sit Electoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rehni, ejusque heredes, & agnati, totius lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem succedendi in A. B. expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen Juris, præter simultaneam investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut ejus successoribus ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ, totique lineæ Gvilhelmianæ attributa sunt, competat &c. Et paulò post: Quod si verò contigerit, lineam Gvilhelmianam masculinam prorsus deficere, superstite Palatina, non modo Palatinatus superior, sed etiam dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim simultaneâ investiturâ gavisuros, redeat, octavo tunc Electoratu prorsus expungendo.

31. III. Saxoniæ Electorem, qui S. Romani Imperii
32. Archimareschallus est, & dicitur. *A. B. c. 5. §. 2.* Qua ratione in

in ſolemnibus Curiis Imperialibus, gladium Imperialem evaginatum, ſtrictumque Imperatori prægeſtat, tanquam peculiaris Majeſtatis ſymbolum. *A. B. c. 26 §. 3. & c 22.*
Itemque de officio ejus *in A.B.c. 25.* ita diſpoſitum legitur. 33
Imperatore, vel Rege ipſo, in ſede Regia, ſive ſolio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat hoc modo: Ponetur enim ante ædificium ſeſſionis Imperialis, vel Regiæ, acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat usq; ad pectus, vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere duodecim marchas argenti, & ſedens ſuper equo, primò menſuram eandem de avena plenam, accipiet, & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem. Quo facto, figendo baculum in avenam recedet, & Vicemareſchallus ejus, puta de Pappenheym accedens, vel eo abſente, Mareſchallus Curiæ avenam ipſam diſtribuet. In Electione quintum Votum ob- 34
tinet. *A. B. c. 4.* Præterea vacante Imperio, ejusdem eſt 35
Vicarius, iis in partibus, ubi jura Saxonica vigent. *A. B. c. 5.* De quo articulo cum *ſuprà th. 3* fuerit actum, eò me remitto. Inſuper Sereniſſimus hic Elector gaudet privile- 36
gio de omnimodè non appellando; cùm alii Electores ſaltem infra certam ſummam hoc jus habeant. Et licet aliàs hoc privilegium ſtrictæ ſit interpretationis, nec ultra Electorum perſonas ad alios, ejusdem familiæ Principes extendatur, ſecus tamen eſt in Sereniſſima Domo Saxonica, quæ tota, quoad omnes ſuas Provincias, & Ditiones, etiam ubi Jus Saxonicum non viget, hoc privilegio fruitur. *Limn. J. publ. lib 3. c. 10. n 38.* vid. ulterius *infrà th. 13.*

IV. Brandenburgenſem; S. Romani Imperii Ar- 37
chicamerarium. Cujus munus eſt, ut in ſolenni Curia 38
Imperatori aquam porrigat lavandis manibus *A.B c. 25.* &

in processionibus Imperialibus à sinistro latere Ducis Saxoniæ linealiter procedens, sceptrum Imperatori præferat.
39. *A.B.c.22.* In Electione sextum tenet votum, *d.c 4.A.B.* Præ-
40 tereà sicut Elector Saxon. ita hic quoque privilegio de non appellando gaudet, sicut *infrà th. 13.* dicetur.

41. V. Hodie Palatinum Rheni, lineæ Rudolphinæ, S.
42 Rom. Imperii Archithesaurarium. Cujus munus est, ut in celebratione Curiæ Imperialis missilia jactet in vulgus. Quid verò de hoc octavo Electoratu in *Instrumento Pac.* cautum sit, paulò ante dictum fuit.

43. In II. Classem referunt 4. Archiepiscopos: 1. Magde-
44 burgensem. Quem locum hodiè tenet serenissimus Dux Sax. Augustus, sub titulo Postulati Administratoris, post cujus obitum successores hujus Archiepiscopatus non amplius Archiepiscopi, sed Ducis titulum gerent. Juxta dispositionem Instrum. Pac. Osnabr. c. 11. vers. similiter conce-
45 datur Domino Electori &c. 2. Bremensem. Qui tamen hodiè post Instrum. Pac. Osnabr. non amplius Archiepiscopi, sed Ducis politici titulum meretur. *d. Instrum. c. 10.* ibi: Tertio Imperator de consensu totius Imperii, concedit, vigore præsentis transactionis, Serenissimæ Reginæ, ejusq; heredibus, ac successoribus Regibus, Regnoq; Sveciæ, Archiepiscopatum Bremensem, & Episcopatum Verdensem &c. in perpetuum, & immediatum Imperii feudum, sub solitis quidem insigniis, sed Titulo Ducatus: cessante Capitulorum, cæterorumq; collegiorum Ecclesiasticorum eligendi & postulandi, omniq; alio Jure, administratione, & gu-
46 bernatione terrarum ad hos Ducatus pertinentiû. 3. Saltzburgensem, qui perpetuâ quadam Pontificis Maximi legatione fungitur, & legatus natus sedis Apostolicæ appella-
47 tur 4. Vesuntinum, Bisantz. *Limn. J. publ. lib. 1. c. 7. n. 49.*

48. In III. Classe habentur Episcopi. Quorum triginta, &
49 unum in Comitiis locum habere tradit *Reink. d. Regim. secul.*

cul.& Eccl.lib.1.cl.4.c.21. Alii verò, ut *Limn.d.c 7. & Arnma. d.Comit.c.4 n.97.* saltem viginti septem recensent. Ex quibus tamen ipsis quidam Politicorum Ducum numero sunt inserti. Juxta *Instr.Pac.Osnabr.c.10.& 11.* ubi quid de Verdensi, Halberstadensi, & Mindensi Episcopatibus dispositum sit, legi potest. Episcopis hisce annumerant. 1. Magi- 50.
strum ordinis Teutonici, qui quidem dignitate major est Episcopo, hinc veluti Archiepiscopi vices subiens, in Comitiis Imperii, auff der Geistlichen Fürsten Banck hat der Hochmeister Teutsches Ordens die nechste Session/ nach den Ertzbischoffen; und den Vorsitz von allen Bischoffen. *Reink.lib.1.cl. 4 d.reg.sec.& eccles.c.21.* 2. quosdam Abbates, & Præposi- 51.
tos Pröbste/ quorum decem recensent. *Limn d c.7.& Arnma. d.Comit.c 4.n.97.* Itemq; Magistrum ordinis Equitum D. 52.
Johanni sacrorum. Meister des Ritterlichen S. Johannes Orden in Teutschland. *Limn.d loc.*

IVtam Classem faciunt Principes Politici. Quorum, 53.
exceptis Archiducibus Austriæ, (qui duas lineas faciunt; 54.
primam Ferdinandi, quæ propriè Austriaca dicitur, alteram à Carolo V. deductam, quæ Burgundica appellatur) extinctâq; familiâ Pomeranâ, sedecim familiæ existunt. 55.
Myl.d.Princip.& Stat.Imp.c.12.n.3. Ut 1 Serenissimorum no- 56.
strorum Ducum Saxoniæ, Marchionum Misniæ, & Landgraviorum Thuringiæ. 2. Ducum Bavariæ, qui duas lineas: Bavaricam propriè dictam, & Palatinam constituunt. 3. Marchionum Brandenburgensium. 4. Ducum Brunsvicensium, & Lüneburgensium. 5. Ducum Holsatiæ. 6. Sabaudiæ. 7. Lotharingiæ. 8. Landgraviorum Hassiæ. 9. Ducum Wurtenbergensium. 10. Ducum Juliacensium. 11. Ducũ Megapolitanorũ. 12. Ducum Lauenburgensium. 13. Marchionum Badensiũ. 14. Landgraviorũ Leuchtenbergensium. 15. Principum Anhaltinorum 16. Comitum Arnbergensium à D. Maximil. II. inter Imperii Principes susceptorũ. Præterea in Principum Imperii ordinem, jura 57.
sessionis, & suffragiorũ, in Comitiis Ratisbonens. recepti etiã sunt:

Princeps Hohenzollerensis, Dux Crumavvensis, & Princeps ab Eggenberg Princeps Lobkovvitz. De quibus in *R. J. d. An. 1641.* circa finem. §. Und demnach wir &c. ita cautum legitur. Und demnach wir die hochgeborne/ unsere/ und des H. Reichs liebe Getreue/ Eitel Friederich/ von Hohenzollerr/ Johann Antoni/ Hertzogen zu Crumau/ und Fürsten zu Eggenberg/ Wentzeln/ Fürsten/ und Regierern des Hauses Lobkowitz/ zur Session/ und Stimme/ im Reichs-Fürsten-Rath admitiret, uñ zugelassen/ Churfürsten und Stände auch in diese unsere admission gewilliget/ und es eintzig und allein an wircklicher introduction, dazu man aus gewissen Ursachen dißmal nicht gelangen können/ ermangelt/ als erklären Wir Uns/ daß obvermelde Fürsten sambt und sonders/ wie andere Fürsten/ und Stände des Reichs/ bey künfftigen Reichstag zur Session und Stimme/ würcklich gelassen werden sollen/ iedoch so wohl unsern löblichen Ertz-Hause Oesterreich/ und angehörigen Erbkönigreichen/ und Landen unnachtheilig/ und daß sie die jenigen conditionen vorhero adimpliren/ wie in denen/ vor den Chur-Mäintzischen Directorio ihnen zugestelten schrifft-

58. lichen Bescheiden mit mehrern vermeldet &c. In V. classe collocant Prælatos: Abbates scil. & Præpositos, quos recen-

59. sent. *Limn. d. lib. 1. c. 7 Reink. d. c 21.* His adduntur etiam Abbatissæ, quæ enumerantur *dd loc.* Ex quibus quidem pleræque Principum honorem, ac titulum gerunt, tamen quoad locum in consessu, ac dictionem sententiæ, pari cum reli-

60 quis Jure censentur *Reink. d. loco.* Prælatis etiam accensentur Commendatarius Provincialis Confluentinus, zu Cobelentz. Item Alsatiæ, & Burgundiæ Land-Commenthur der Baleyen Elsas/ und Burgundt. *Limn. d. lib. 1. c. 7.*

61. VItam Classem constituunt Comites, & Barones. Quos ordine recenset *Limn. d. c. 7. & Reink. d. cl. 4. c. 21.*

62. VIItimam denique, & ultimam classem sibi vindicant Liberæ Imperii Civitates, quæ à *dictis Autoribus* longâ seriè exponuntur.

THE-

63

THESIS VIII.

RAtione nostri Instituti *a* distribuuntur in tres Ordines. In 1. sunt Electores *b*, Principes *c*, & Principali dignitate prædili, die Fürstmessigen. *d* Tam Ecclesiastici, *e* quam seculares. Qui *f* in prima Instantia non statim in Camera, vel Judicio Aulico, sed coram Austregis *g* (à quibus tamen differunt Austregæ conventionales, *h* quas quidam Principes inter se habent.) conveniendi sunt, à quocunque actore compellantur, *i* modo causa sit talis, quæ ad Austregarum Judices devolvi potest. *k*.

SUMMARIA.

1. *Pro diversitate Ordinis variant statuum Judices.*
2. *Privilegium Austregarum non competit omnibus Imperii statibus.*
3. *Variant Judicia pro varietate causarum.*
4. *Electores Ecclesiastici dignitatem suam habent non ut Ecclesiastici.*
5. *Utpote quam ab Imperatore recognoscunt.*
6. *Et ab eorum sententiis ad Cameram appellatur.*
7. *Et privilegio Austregarum fruuntur.*
8. *Quinam inter Principes seculares, quoad Austregarum Judicium, referantur?*
9. *Etiam* die abgetheilte Herrn.
10. *Eorumq; filiæ & uxores.*
11. *Principes Ecclesiastici qui?*
12. *Quinam dicantur* Fürstmessige?
13. *An Episcopus nondum investitus gaudeat privilegio Austregarum?*
14. *Episcopi inter Principes Imperii sunt adoptati.*
15. *An, defuncto Episcopo, Capitulum habeat privilegium Austregarum?*
16.17. *Affirmatur per rationes.*
18. *Ad contrariam rationem respondetur.*
19. *Status gaudent privilegio Austregarum.*
20. *Austregæ definiuntur.*
21. *Ratio appellationis exponitur.*

22. *An*

22. *An privilegium Austregarum suspendat etiam Jurisdictionem Judicii aulici?*
23.24.25.26. *Affirmatur per rationes tres.*
27.28.29.30. *Negatur per rationes. & testimonia.*
31.32. *An ordinariam habeant Jurisdictionem Austregæ?*
33. *Austregæ conventionales Ducum Saxon. cum Brandenburg. & Hassiæ Principibus.*
34. *Austregæ Regum Bohemiæ cum Brandenburg. Marchionibus.*
35. *Austregæ Ducum Saxoniæ inter se invicem.*
36. *Eorundem cum Regibus Bohemiæ.*
37. *Primi ordinis personæ gaudent privilegio Austregarum, à quocunq; conveniantur, sed diversimodè.*
38.39.39.40. & *seqq. ad n.46. Modus procedendi, si primi ordinis personæ sese invicem conveniunt, exponitur.*
41. *In Judicem eligendi sunt:* Regierende Fürsten und Herrn: *qui intelligantur exponitur.*
46. *Austregæ conventionales præjudicant Legalibus.*
47.48. *seqq. ad n.62. Modus procedendi, si primi ordinis persona convenitur ab aliquo ex secundo ordine, exponitur.*
62. *Quid obtineat, si primi Ordinis persona ab aliquo ex tertio ordine fuerit conventa.*
63. *An privatus & mediatus Principem coram Austregis convenire debeat? affirm.*
64. *Secus est, si alios litis consortes habeat.*
65. *Subditus extrajudicialiter gravatus num in Camera, an coram Austregis Principem possit convenire?*
66. *Affirmatur prius per rationem.*
67.68. *Affirmatur posterius per præjudicia, & rationem.*
69. *Ad contraria respondetur, distingvendo.*
70.71.72.73. *Ab extrajudiciali gravamine interdum ad Cameram, interdum ad Austregas provocatur.*
74. *Princeps ab extraneo conventus quem agnoscat Judicem.*
75. *Imperatorem quidam faciunt, per rationem.*
76. *Alii Austregas locum habere statuunt.*
77.78.79. *Hujus sententiæ rationes exponuntur.*
80. *Ad contrariam rationem respondetur.*

81. Non

81. *Non omnes causæ coram Austregis ventilari possunt.*
82. *Causæ Civiles regulariter ad Austregas pertinent.*
83. *Causæ Ecclesiastica ab Austregis removentur.*
84. *An causæ matrimoniales ad Austregas pertineant?*
85. *Affirmatur quoad possessorium.*
86. *Affirmatur etiam quoad substantiam matrimonii.*
87. 89. *Rationes affirmativæ exponuntur.*
90.91.92.93. *Negativa proponitur, & rationibus confirmatur.*
94. .96. *Ad contrarias rationes respondetur.*
97. *Ubi ergo Status in matrimonialibus conveniuntur?*
98. *Catholici coram Episcopis.*
99.100. *Status Ecclesiastici Jurisdict. Ecclesiasticam à Pontifice agnoscunt.*
101. *Augustanæ Confessionis Status ubi conveniantur in matrimonialibus.*
102. *Imperator non est Judex.*
103. *Camera est Judex per rationes.*
104.105.106. *Reprobatur hæc sententia, & ad contraria respondetur.*
107. *Coram Consiliariis suis i.e. Consistorio conveniendos statuitur.*
108. *In Consistoriis Statuum tractantur causæ Ecclesiasticæ.*
109. *Arbitris, & immò Commissariis Cæsaris locus datur.*
110.111. *Clericus ad suum forum trahit laicum, litis consortem.*
112. *An in Criminalibus locum habeant Austregæ.*
113.114.115.116.117. *Affirmatur per quinq; rationes.*
118.119.120. *Negatur per rationes.*
121.122.123.124.125 126. *Respondetur ad contrarias rationes.*
127. *Quis itaq; Judex in criminalibus?*
128.129. *In causa fractæ Pacis Camera judicat.*
130. *In crimine læsæ Majestatis Imperator.*
131. *In reliquis distinctè respondetur.*
132. *Deliquens in alieno, an ibi puniendus?*
133.134.135. *Affirmatur per rationes.*
136. *Negatur, & Austregis locus datur.*
137. *Negatur & hoc, & Imperator Judex statuitur.*
138.139.140. *Ad contrarias rationes respondetur.*
141. *Status in proprio territorio delinquens ubi conveniendus?*

141. Cameram Judicem esse negatur.
142. In Curia propria conveniendum delinquentem statuunt.
143. Imperatorem Judicem faciunt.
144.145 Causæ feudales ab Austregis excluduntur, per rationes.
146. Limitatur hæc assertio.
147.148. Alia limitatio additur, quæ tamen ab aliis negatur.
149. Rei vindicatio coram Austregis potest institui.
150.151. Limitatur hæc assertio.
152. Causæ, in quibus Cameræ Jurisdictio immediatè est fundata, ab Austregis excluduntur.

A. QUod potissimum est monstrare, quem in qualibet causa, modò dicti status, & membra Imperii, agnoscant Judicem competentem. Hoc autem fieri commodissimè potest factâ hâc ordinum distinctio-
1. ne. Cùm aliter conveniantur Personæ primi ordinis, aliter Personæ secundi, aliter denique tertii ordinis Perso-
2. næ. Primarum etenim Instantiarum privilegium non competit omnibus Imperii membris, imò nec omnibus Statibus; sed his demum, qui in primo & secundo ordine sunt constituti, imò neque his simpliciter; tertii verò or-
3. dinis personæ eo planè non gaudent. Cùmque porrò causæ etiam in Judicium deducendæ varient Judicem, ideò distinctè omnia sunt expedienda.

4. B. Etiam Ecclesiastici, utpote qui dignitatem suam habent, non ut Ecclesiastici, sed ut amplissimarum ditio-
5. num Domini. *Heig. quæst. Illustr. 4. n. 53.* Adeoque Electoratum, tanquam dignitatem ipsis Ditionibus annexam, non à Pontifice, sed ab Imperatore recognoscunt. *Reink. lib. 1.*
6. *cl. 4. c. 7. n 4. 5 de regim. sec. & Eccl.* Et hinc est, quod ab eorum sententiis, quas non ut Ecclesiastici, sed ut Status, & Principes ferunt, non ad Pontificem, sed ad Cameram, vel
7. Imperatorem appelletur. *Gail. 1. obs. 30.* Hinc itidem est, quod Eccle-

Ecclesiastici perinde, ut seculares Principes ac Status, privilegiatas Austregarum Instantias sortiantur. *Ord. Cam. p.2.tit.2.*

C. Tum seculares: Quò referuntur Archiduces, 8.
Duces, Landgravii, Marchiones, Burggravii. *Georg. Schubhart. tr. d. Austreg. c 3. n 56.* De quibus latè *Reink. lib 1 cl.4.c. 10 & 13. d. reg. secul. & Eccles.* Etiam illi, qui Gubernatio- 9.
ni non præsunt; Abgetheilte/und nicht regierende Herrn: quoniam & hi Principes sunt. Ut latè monstrat. *Schubh. d.c. 3.n.93.seqq.* Imò etiam Principum filii. *d c.3 n.100.* Itemq; 10.
filiæ, & uxores. *n.147.* Tùm Ecclesiastici: Quo referun- 11.
tur Archiepiscopi, & Episcopi. Qui & ipsi propter amplissimas Ditiones, quas possident, Principes sunt, & dicuntur. *A. B. tit. 26. ibi: porrò cæteri Principes Ecclesiastici. Limn. J. publ. lib.1.c.7. Reink. lib 1.cl.4.c 9.d. reg. sec. & Eccl.*

D. Quales sunt quidam ex Prælatis: ut Abbas Fuldensis, 12.
Hirsfeldensis, Murbacensis. Vid. *Limn. d. lib.1.c.7.* Itemque quidam ex Comitibus Imperii: ut Hennebergici, Habspurgensis, Tyrolensis, Mompelgardicus, Arnbergensis. Qui Gefürstete Graffen dicuntur, & hoc ordine continentur. *Sixtin. d. regal lib.1.c.4.n 22.*

E. An verò Episcopus electus, nondum tamen ab 13.
Imperatore investitus, hoc Austregarum privilegio gaudeat? Affirm: *Schubh. d Austreg. c.3 n. 50.* quoniam, inquit, 14
Episcopi (ab Ottone Magno, vel, ut alii volunt, à Ludovico Pio) in Principes Imperii sunt adoptati, hac lege, ut quàm primùm quis Collegii cujusdam Ecclesiastici Præses factus, splendidissimi Principum politicorum Tituli, & honores ei accommodentur. Multas alias rationes vide ibidem allegatas *n.81. usq; ad n.89.*

Quid si verò Episcopus sit mortuus, an intereà, dùm 15.
alius eligitur, Capitulum Austregarũ privilegium habeat?

16. Communiter affirmant. Quia Capitulum tunc repræsentat suum Episcopum, adeoque omnis Jurisdictio apud Capitulum remanet. *Gail.1.obs.30.n.10.* (qui quidem *n.13.* putat, Austregas hîc locum non habere, sed Cameræ Jurisdictionem immediatè esse fundatam: quoniam scil. Capitulum
17. non est status Imperii.) Et prætereà Canonici, qui Capitulum constituunt, tutorum instar sunt Ecclesiæ vacantis, quæ fruitur Jure pupilli, & minoris. *c. auditis.X.d in integr. restit.* Hinc quemadmodum tutor sequitur forum pupilli, ita etiam Capitulum hoc casu. *c. cum deputati.X. d. Judic.*
18. *Limn.J.pub. lib 9.c.5.n.29.* Ubi etiam ad contrariam Gailii rationem Resp. Quod non sequatur: Capitulum non est status.E. non potest conveniri coram Austregarum Judicibus; cum alias dicendum foret: nec Nobiles immediatos ibidem conveniri posse, contra expressam Ordinationem. *p.2.tit.*3. Et hanc sententiam sequitur *Arumæ. discurs. 1.ad A.B.th.24.Umm.Disp.4. ad process.th.8.n.40.& multi alii, ab hisce & à Limn.d.l.allegati.*

19. F. Etsi enim Status immediatè Imperio sunt subjecti, nec ullum agnoscunt Judicem mediatum, gaudent tamen privilegio, ut non rectà, & immediatè in supremo Imperii Dicasterio conveniri queant; sed inter se habeant populares, & amicabiles compositiones, & Judices, quibus lites suas componant. Quos cùm habeant contra Jus commune, & ex privilegio, ideò dicuntur privilegiatæ Statuum Instantiæ. *Petr.Frid Mind.lib.1.d.process.c 36. Matth. Steph. d.Jurisdict. lib.3 p.1.c 3.*

20 H. Quas definit *Georg.Schubh.tr.d.Austr.c.1.n.42.* Judicia, in quibus certorum Ordinum Imperii res controversæ, in prima Instantia, juxta modum in Ordinationibus Imperii præscriptum, ad utilitatem eorum diventilantur,
21. examinantur, & deciduntur. Hinc appellari volunt Au-

stregas

ſtregas, à germanico idiomate, Austräge / daß etliche dem H. Reich ohne Mittel unterworffene Glieder/ihre zuſammen habende Irrungen gegen einander / vermittelſt der Austräge / nach Maaß/ und Weiſe in der Cammer-Gerichts/und andern Reichs-Ordnungen vorgeſchrieben/rechtlichen austragen. *Caſp. Zigl. comm. concl.* §. Austräge. *concl. 1. §. 5. Matth. Steph d. Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 3. mem. 3. n. 1. Reink. lib. 2. cl. 2. c. 16. n. 8. d. regim. ſec. & Eccl. Schubh. d. loc. c. 1. n. 1.* Quæri ſolet: an hoc primarum Inſtantiarum privilegium Statibus tàm firmiter competat, ut eo gaudentes non modò non in Camerâ (de cujus ſuſpensâ per Auſtregas Jurisdictione, edocemur ex *Ord Cam. p. 2. tit. 2. & ſeq.*) ſed ne quidem coram Imperatore, & Aula Cæſareâ in prima Inſtantia conveniri queant: i.e. Ob der Römiſche Käiſer/in denen/nach der Cammer-Gerichts-Ordnung beſtimten Austrägens-Fällen/ die Austräge fürbey gehen/ und gleich in prima Inſtantia darinnen cognoſciren könne? *Paurm. de* 22

Jurisdict. lib. 2. c. 4. n. 133. ſeq. id affirmat: quod ſcilicet Jurisdictio Imperatoris non ſuſpendatur per Auſtregas. Quoniam 1. Imperator in Ordinationẽ Cameræ conſentiendo, juri ſuo renunciavit; renunciatio autem eſt ſtrictè intelligẽda, adeoque non extendenda etiam ad Auſtregarum Ordinationem, quæ in ipſa Ordinatione Cameræ continetur. 23

24

2. quod Jurisdictio omnis non privativè, ſed cumulativè concessâ cenſetur. 3. quod mandans, vel delegans Jurisdictionẽ cum eo, cui delegavit, vel mandavit, concurrat &c. 25 26

Sed contraria ſententia eſt communior, quamq; defendit *Limnæ. J. pub. lib. 9. c. 5. n. 32.* ubi dicit: majorem hic ſubeſſe rationem removendi Aulicum Judicium, quam Cameræ: quia illud Reviſioni, & Syndicatui non eſt ſubjectum, ſicut Camera. Itemque quod Auſtregarum Judices ab Imperatore, & Statibus per viam contractus ſunt conſtituti. *O. C. p. 3. tit. ult.* Ut proinde Imperator contractui contrave- 27 28 29

 nire

30 nire nequeat. Quod etiam confirmat Decretum Rudolphi II. quod Præsidi Consistorii Aulici sui. An. 1596. 1. Jul. insinuari curavit. ibi: Die Käiserl. Majestät kan neben andern nicht sehen/warum/und zu was Ende es gut/und fürträglich sey/daß ohne sondere Nothdurfft/ und Ursachen die in Reichs-Abschiede und Ordnungen begriffene Instantien überschritten/ und dem Cammer-Gericht labefactirt werden/hingegen Ihr. Majest. und Käiserl. Regierung schwere Behelligung auffwachsen mögen. Huic adstipulatur etiam *Georg. Schubh. d. Austreg. c. 2.* ubi *n 77.* latè ad rationes Paurmeisteri respondet.

31. Disceptatur etiam multum: quam Jurisdictionem habeant Austregarum Judices, num ordinariam, an delegatam? Rationes pro utraque opinione latè recenset *Schubh.*

32. *d. Austreg. c. 6. n. 121 usq; ad n. 171.* Ipse tamen in priorem tandem partem inclinat, & ad contrarias rationes respondet. *n. 173 seqq.* Cui etiam assentitur *Limnæ. J. pub. lib. 9. c. 5. n 30. seqq.*

33. H Quales inter se habent Domus Saxonica, Brandenburgica, & Hassiaca: juxta tenorem Confœderationis, inter serenissimas hasce familias initæ. §. Und ob unser. ibi: Und ob unser eines Fürsten Mann/oder Diener/einer oder mehr/ zu den andern Fürsten zusprechen bekähme/ soll ihme derselbe Fürst/ der angesprochen würde/vor seinen Prælaten/ und Edlen Räthen zu Recht kommen/ und ihme in drey Monaten Recht wiederfahren lassen/ohne länger verziehen &c.

34 Vi ejusmodi Austregarum etiam lites inter Reges Bohemiæ, & Marchiones Brandenburgenses; Itemq; inter hos, & Duces Pomeraniæ, coram Consiliariis, ab utraque parte ad hoc deputatis, deciduntur. Simili modô Sere-

35. nissimi Duces Saxoniæ Austregas inter se habent: ab Electore Augusto, Johanne Friderico seniore, Electore nato, Johanne Friderico medio, Johanne Gvilielmo, & Johanne Fride-

Friderico Juniore, Ducibus Saxon. *An. 1554. 24. Febr.* Naumburgi constitutas, & posteà à Carolo V. Imperatore confirmatas. Quarum tenorem refert *Limn. J publ. lib. 5. c. 15. n. 4.* Austregas itidem, quas cum Rege Bohemiæ habet Domus 36 Saxonica, exhibent pacta, inter Rudolphum, & Augustum, Electorem. *An. 1570.* inita, & posteà inter prælaudatum Rudolphum, & Christianum, Electorem renovata. §. Und auff daß solche unserer Einigung desto beständiger &c. Tenorem pactorum integrè refert *Limn. lib 5 c. 15. n. 9. Jur. publ.*

I. De primi ordinis Personis in *O. Cp. 2. Tit. 2. & 4.* 37 ita dispositum est, ut semper gaudeant privilegio primarum Instantiarum, sive conveniantur à sui ordinis; sive à secundi, aut tertii ordinis Personis. Imò etiam à privatis *Mynf. 5. obs. 1. Gail. 1. obs. 1. n. 17.* Hoc tamen non semper fit eodem modo: distinctè itaque notandum: Quando Per- 38. sonæ primi ordinis, sive seculares, sive Ecclesiastici, conveniuntur, itidem à personis primi ordinis, ita procedendū: Actor debet reo litem scripto denunciare, ab eoque postu- 39. lare, ut Judicio se sistat. *O. C p. 2. tit. 2. §. 1. apud Goldast Constit. Imper. tom. 2. p. 282.* Ad quam denunciationem, Reo conven- 40 to incumbit, intra unius Mensis spatium, factâ computatione à die denunciationis, quatuor sui ordinis Personas; Electores scilicet, Principes, aut Principali dignitate gaudētes, è diversis familiis oriundos: duos Ecclesiasticos, totidemque seculares (& quidem so regierende Fürsten / und 41 Herrn seyn: quod nonnulli explicant de suæ tutelæ Principibus: Alii verò rectiùs intelligunt de iis, qui ad gubernacula sedent: quia hi suis consiliariis sunt stipati, quorum operâ & consilio controversias decidere valent, secus verò illi, qui saltem de reditibus sibi assignatis vivunt. *Georg. Schubh. d. Aust. eg. c 6. n. 3* designare, qui causæ cognitionem, dijudicationemq; suscipiant. *O. C p. 2. tit. 2 §. 2 verb. init.*

Quod

42 Quod nisi intra præfatum tempus fecerit Reus, Jus Instan-
tiæ amittit, & Actor rectà Cameram adire potest *d. tit. 2. §. 3.*
43. *fin.* Facta à Reo designatione, Actori incumbit, ex quatuor
44 illis designatis unum eligere, qui Judicis munus suscipiat;
deque eo intra 4. septimanas Reum certiorem facere. Post-
modùm uterque, actor, scil. & reus in duabus septimanis
electum Judicem electionis certiorem reddere, deque sus-
cipienda causa, subeundo judicio, & termino præfigendo
45 requirere debent. Requisitus hoc modo, tanquam Sac.
Rom. Imperii Commissarius, vel invitus causam suscipere,
terminum in quâdam Civitatum suarum maturè præfige-
re, adjunctisque sibi non suspectis consiliariis controversi-
46 am prosequi debet. *d. Tit. 2. §. 2.* Modus tamen hic præ-
scriptus non præjudicat Austregis conventionalibus, quas
Status quosdam inter se habere suprà dictum fuit. Hæ e-
47 nim expressè præferuntur. *d. tit. 2 §. 1. pr.* Quod si Status
primi ordinis à secundi Ordinis Personis, veluti Prælato,
Comite, Barone, vel Nobili immediato conveniatur; A-
ctori octo viæ sunt præscriptæ *in O.C.p.2. tit.* 4. ex quibus u-
nam eligere potest. *d. tit. 4. § 7.* ibi: sicubi agenti parti non
placeret &c. *&* §. *19.*
48 I. Est: ut Actor requirat Reum, quò coram suis Con-
49 siliariis Jus sibi dici patiatur. Requisitus Reus intra 4. se-
ptimanas, Actorem ad Consistorium suum citet, & novem
Consiliarios non suspectos, quorum quinque ad minimum
Nobiles, reliqui JCti esse debent. *d. tit. 4 §. 6.* præsentet, qui-
bus juramentum, quo devincti sunt, remittat, donec causa
50. coram ipsis ventilata indecisa maneat. *d. tit. 4. §. 2. pr.* Ex
hisce novē Consiliariis reus Judicem, quem velit, eligat, qui
præsente actore, ejusdemve procuratore, cæteros octo Cō-
siliarios, & ex illis vicissim senior Judicem juramento ad-
stringat: quod in causa sibi demandata, bona fide, secun-
dam

dum narrata utriusque pronunciare, inque nullius odium, aut gratiam à Justitiæ via deflectere velint. *d. tit.4.* § *2.* Ubi itidem dispositum: quod hoc Judicium intra medii anni spatium finiri debeat. Neque reconventioni hoc casu locus sit. *Schubh. d. Austregis c.7.n3.* II. Via est: si fortè A- 51.
ctori non placuerit tot admittere Consiliarios, integrum ipsi est, è novem illis Consiliariis septem, aut quinque eligere, qui eodem, ut novem illi, modo in causæ cognitione procedere debent. *d.t,4.*§.*7.* III. Si neque hic modus Acto- 52.
ri placet, potest Reo convento, tres Principes alios, non suspectos designare, è quibus Actor unum, quem velit, eligat qui & ipse prædicto modo procedat. §. *9.* IV. Actor 53.
potest ab Imperatore, vel, eo absente Rege Romanorum, petere Commissarium non suspectum, ad minimum Prælatum, aut Comitem (anne Baro etiam admittitur? N. *Schub-* 54
hard. d. Austreg. c.6.n.15. per rationes ibidem allegatas) à quo causa prædicto modo dijudicetur. §. *10.* V. Actor no- 55.
vem viros integræ existimationis nominabit Reo, ex quibus hic duos eliget, & vicissim novem Consiliarios, sive alios nominabit, ex quibus actor tres eliget, eosque prioribus duobus adjungi postulabit, qui & ipsi eodem modo, uti suprà de novem dictum, procedent. §. *11.* VI. Actor duos 56
non suspectos, graves, & sapientes; Reus vicissim duos ex Consiliariis, seu aliunde vocatos, nominabit, coram quibus causa prædicto modo ventiletur. Qui verò quatuor si dis- 57
sentiant, neque inter partes de arbitro conveniri queat; Imperator, vel, eo absente, Rex Roman. partibus petentibus arbitrum constituet. §. *12.* VII. Actor ex Rei conventi 58.
consiliariis quinque seligat, qui dicto modo procedant. 59.
Concessum tamen est Reo, priusquam quinque eligantur, unum, aut duos consiliariorum suorum, quorum operâ pro sui Juris defensione usurus est, sibi excipiēdo reservare. §. *13.*

60 Quod si verò Reus tot Consiliarios non habeat in Aula, Actor ex aliis Principis officiariis: Præfectis, Vasallis, Nobi-
61. libus, numerum supplere potest. §. *14.* VIII. Tandem Reus novem ex Consiliariis suis, quorum quinque debent esse equestris ordinis, nominare debet, coram quib⁹ partes caussam in scriptis proponere, & procedere possunt, juxta mo-
62 dum in §. *15. 16, 17. d. t. 4.* præscriptum. Hæc ita obtinent, si Princeps, & alius in primo ordine existens, conveniatur ab aliquo in secundo ordine existente. Cæterum idem obtinet, si à Statu tertii ordinis fuerit conventus, ut à Civitate libera *d. tit. 4* §. *1. verb. initial.*

63. Sed si à privato, aut mediato fuerit conventus. v. g. si Electorum, ac Ducum subditi, cives, vel Civitas Provincialis Dominos suos convenire velint; num & hîc in prima Instantia Austregæ locum habebunt; an statim Camera adiri
64 potest? prius affirmat per *d. tit. 7.* § *ult. Gail. 1. obs. 1. n. 17. & 19.* Quod si tamen Princeps alios litis consortes habeat, Austregarum privilegio non gaudentes, simul cum iis in Camera cōveniri potest, ne dividatur causæ continentia. *Gail. 1. obs. 32. n. 2. Reink. lib. 2 cl. 2 c. 16. n. 19. d. regim. secul. & Eccl.*

65. Quod si verò subditus extrajudicialiter gravatus à
66 Principe fuerit, num Cameram adire poterit? pro affirmativa videtur facere, quod in Deputationis Senatu *An. 1586.* & posteà in Comitiis Ratisbonens. *R. J. d. An. 1594.* §. Wann aber von gemeiner. constitutum reperitur: si Princeps Jure, & vi potestatis subditum gravet; mandando, sequestrando, inhibendo, quod ab ejusmodi extrajudiali gravamine ad
67 Cameram possit appellari. Verùm enim verò negativa approbatur à *Myns. cent. 4. obs. 43.* pro qua etiam sæpè in Camera judicatum fuisse, per præjudicia probat *Auctor. Decis. Cameral. verb. appellatio extrajudicialis. Ernest. Cothm.*
68. *1. Consil 30.* Quoniam scil, extrajudicialis appellatio nihil

aliud

aliud est, quam provocatio primæ Instantiæ, ad causam, coram ordinario, & proximo Judice proponēdam, *c. cum sit romana. §. si verò. de appellat.* Jam verò Ordinarius Principum Judex non est Camera, sed Austregæ, in prima Instantia. *O. C. p. 2. tit. 3. & 4. Reink. lib. 1. cl. 2. c. 16 n. 29.* Ad ea, quæ pro 69.
affirmativa adducta fuerunt, respondet *Gail. 1. obs. 120.* distingvendo: utrum Princeps gravaverit subditum, tan- 70
quam Ordinarius Judex loci, extrajudicialiter, ad alterius partis instantiam; & tunc, cùm Jure Canonico à quolibet, 71.
etiam extrajudiali gravamine possit appellari. *c. in concertationibus. de appell. in 6. & c. bona memoriæ. X. d. appell.* appellatio instituitur ad Cameram. Et ita intelligi poterunt 72
verba *d. R. J.* ibi: Da die Obrigkeit vi & Jure potestatis, atque Jurisdictionis/vor sich selbst / oder auff eines andern Ansuchen/ihren Unterthanen/ oder einen andern ausserhalb Gerichts mit beschwerlichen Bescheiden / Geboten / und Verboten /oder auch Geld-Straffen gravirt, daß solche appellationes vermöge der gemeinen Rechtēn angenommen. An verò gravaverit eum 73
tanquam pars, ut puta si quis cum Principe aliquod negotium habeat. Et tunc Princeps coram Austregis conveniendus est. Prout in causa Consulum Civitatis Stetini, contra Ducem Pomeraniæ An 1563. Itemque in causa Eulenberg, contra Ducem Juliacensem. An. 1567. & alibi factum esse refert *Gail. d. observ. 120. n. 4.*

Quid si EE. & Principes conveniantur ab extraneis, 74
an & tunc Austregæ locum habebunt? Multi negant, quibusdam Cameram; quibusdam Imperatorem adeundum putantibus. Illud statuit *Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. 3. m. 3. n. 26.* Hoc vult *Vultejus ad l. 1. n. 46. C. ubi senat. vel clar.* Ex ratio- 75
ne: quia in Ordinatione Austregarum de hoc casu nihil est dispositum, adeoque ex Jure communi decidendus. Talemque casum putat esse *Vultej. d. lo.* in quo Camera cor-

currentem cum Imperatore Jurisdictionem non habet.
76. Alii verò contra statuunt, etiam hic Austregas esse adeun-
77 das. *Frid. Mind. d. proc. Cam. p. 1. c. 17.* Quoniam 1. certissima Juris Regula est: quod actor debeat sequi forum rei. *l. Juris ordinem. 2. & l. in criminali 5. C. d. Jd. omn. jud. c. cum sit. 8. d.*
78 *for. compet.* 2. quia in formando processu ejus loci statuta
79. sunt attendenda, ubi agitur. Hinc 3. subditus Reip. Romanæ alibi, veluti in Hispania, Gallia, &c. agens, ejusdem Provinciæ Jura observare tenetur. Adeoque 4. iniqvum
80. foret, melioris conditionis facere exteros, quā Cives. Nec obstat ratio in contrarium adducta: licet enim Ordinatio Cameræ de hoc casu, utpote rarò contingente, nihil disponat expresse; ad eum tamen extendi posse, ex rationis identitate constat; quippè quæ quoad Principes est, ut multis instantiis sint instructi, planiusque Ius suum deducere valeant, ceu tradit *Schubb. d. Austreg. c. 4.*

81. R. Quemadmodum enim non omnes personæ coram Austregis conveniri possunt; ita etiam non omnes caussæ coram iis ventilari possunt. Causarum autem constituam 4. genera 1. Civilium. 2. spiritualium. 3. criminalium. 4. feudalium.

82. Quantum ad Civiles: Illæ regulariter ad Austregas pertinent, utpote de quibus tota fermè Ordinatio Cameræ, & Austregarum loquitur. *p. 2. tit. 2. seqq.* Imò communiter Dd. statuunt, has solas hûc pertinere. Sub quibus tamen comprehensa's volunt, Ecclesiasticas, quatenus illæ in foro etiam seculari tractantur. Qualis est causa possessionis
83. circa res Ecclesiasticas. *Georg. Schubb. d. Austreg. c. 5 n. 5.* Purè verò Ecclesiasticas communiter hinc removent. *Schubb. d. l.* Quoniam in hisce, ex erronea quamvis Pontificiorum hypothesi, neque Cameræ, neque Cæsaris Iurisdictio est fundata. *Reink. lib. 3. cl. 1. c. 10. n. 14. & seqq. & n. 32. seqq.*

Circa

Circa causas matrimoniales tamen adhucdisputatur 84
inter Dd. an ad Austregas pertineant? Et quidem si agitur 85.
de quæstione facti, seu judicio possessorio; v.g. an matrimonium fuerit inter patrem & matrem ejus, de cujus legitimitate controvertitur: Item si de sævitia maritali agitur; affirmandum arbitror cum *Nicol. Myl. d. Stat. Imper. c. 20. n. 21.* Quod approbare videtur etiam *Reink. lib 1. cl. 2. c. 10. n. 20. seqq.* Ubi ait, quod in matrimonialibus, quandocunque agatur de facto, Judex sit secularis, non Ecclesiasticus *per c. post miserabilem. X. d. usur.* Quod si verò agatur de Jure, vinculo, & substantia matrimonii, magis dubitantes video Do-
ctores. Quidam etiam hic locum faciunt Austregis. Ut *Mind.* 86.
d. process. Cam. extrah. lib. 1. c. 10. m 2 n. 4 Vultej. ad l. 1. n. 49. C. ubi senat vel clariss. Zigler §. Austrega, concl. 2. ubi sequenti-
bus rationibus suam sententiam it probatum. 1. quia Ordi- 87.
natio de Austregis in *O. C. p. 2. tit. 4.* generaliter loquitur,
neque excipit causas matrimoniales. 2. quia ibi ponuntur 88.
verba geminata. Warum/und aus was Ursachen. 3. quoni- 89.
am in *d. Ord.* etiam ponuntur verba, Geistlicher / oder Weltli-
cher / quæ intelligit de causis spiritualibus. Hanc tamen 90
opinionem improbant alii: inter quos est *Georg. Schubh. tr. de Austreg. c. 5. Reink. de regim. secul. & Eccl. lib 3. cl. 1. c. 10.*
n. 42. propter sequentes rationes. 1. quia Judices Austrega- 91.
rum nihil aliud sunt, quàm Commissarii Imperatoris, cognitionem habentes saltem earum causarum, quæ coram
ipso Imperatore, & Camera ventilari possunt. Jam verò Im- 92.
peratoris Jurisdictio, secundum Pontificios, & mores hodiernos in matrimonialib⁹ fundata non est. E. eã non præ-
sumitur voluisse committere Austregis. 2. quia Austrega- 93.
rum Jurisdictio eas saltem causas comprehendit, quæ per appellationem ad Cameram devolvi possunt. *O. C. p. 2. tit. 6.* In matrimonialibus verò Cameræ Jurisdictio fundata non

94 eſt. Ad rationes in contrarium allatas reſpondent; ad 1. quod verborum generalitas ſecundum mentem proferentis ſit explicanda, & reſtringenda. Jam verò Imperatoris voluntatem non fuiſſe, de matrimonialibus textum intelligi, ex prima, pro hac opinione adducta, ratione patet; utcunque verbis geminatis fuit uſus, quæ itidem ſecundum ſubjectæ materiæ aptitudinem intelligenda ſunt;
95. ut proinde etiam 2. ratio nihil evincat. Ad 3. Reſp. verba
96 illa non loqui de cauſis, ſed perſonis ſaltem Eccleſiaſticis, in civilibus tamen conventis. *Vid. Reink. d. lib. 3. c. 10. latè.*
97 Ubi ergò conveniuntur Status in matrimonialibus?
98 ſanè de Catholicis videtur minus dubii eſſe, utpote qui Jurisdictionem pontificiam adhuc adnoſcunt, adeoque Eccleſiaſticum etiam Judicem ordinarium habebunt. Ita ſcilicet, ut vel coram Epiſcopo loci, aut ipſo etiam Pontifice, pro gravitate cauſæ, gradusque diſtinctione, non verò in Camera conveniendi ſint. per *c. 2. & 3. X. d. Judic. Viſitations*-Abſchied/*de An. 1570. §. fin. Nicol. Myl. d. Stat. Imp. c. 20. n. 18.* Quod etiã probare videtur *Reink. lib 3. cl. 1. c. 10. n. 29.* ubi tra-
99 dit, quod Status Eccleſiaſtici habeant quidem Jurisdictionem Eccleſiaſticam, adeoque etiam cognitionem in matrimonialibus cauſis, eam tamen non ab Imperatore, ſed à Pontifice agnoſcant, & hac ratione eandem non potuerint committere Cameræ. Imò ex *Denaiſ. in adſertione Jurisd. Cam. Imper. refert.* cauſas matrimoniales non alia ra-
100 tione Cameræ eſſe interdictas, quam quod ipſe Imperator, & Ordines, eas à ſua poteſtate, tanquam Eccleſiaſticas abdicaverunt.
101 Quoad Status verò Auguſtanæ Confeſſionis, diſſenti-
102 unt inter ſe Doctores. Sunt, qui Imperatorem ſtatuunt Judicem, ſed ſententiam hanc alii reprobant: quod, ex dogmate Pontificiorum, Imperator Jurisdictionem Eccleſiaſticam,

sticam, quo refertur matrimonialis, non possit exercere. *Reink. lib. 3 cl. 1. c. 10. n. 31.*

Alii ad Cameram referunt, ea ratione, quia Camera non modò à Principibus secularibus, verum etiam ab Ecclesiasticis est instituta, qui verò habent Jurisdictionem Ecclesiasticam; & imò hanc etiam habent Status Augustanæ Confessionis, vigore *Pac. religiosæ transactionis Passaviensis.* E eandem etiam commiserunt Cameræ. Sed & 103.
hanc sententiam rejicit *Reink. d. c. 10. n. 34.* Eamque rejectam 104
dicit in Memoriali, erecto in Comitiis Spirensib. *d. An. 1570.*
Ad rationem verò adductam Resp. quod neque Ecclesia- 105.
stici potuerint Cameræ eam concedere: tùm quod eam à Pontifice recognoscant non ab Imperatore, tùm quod in Constitutione Cameræ concurrant non ut Ecclesiastici, sed ut seculares Imperii Principes; neq; Augustani potuerunt ipsi concedere, utpote qui eam tempore Constitutionis nondum habuerunt. Neque quoad hos potest dici, ali- 106
quid Cameræ esse concessum, cùm quoad eos Ecclesiasticorum Jurisdictio sit suspensa, adeoque ut maximè aliquid Cameræ concessum fuisset, id tamen expirasset, cùm vi suspensionis, per pacem religiosam, Augustani Status in Ecclesiasticis nullum agnoscant superiorem. Alii denique di- 107
cunt, conveniendos esse coram suis Consiliariis. (Quibus scil. adjungendi sunt quidam Theologi, uti statuit *Limn. J. publ. lib. 4. c. 8 n. 94.* Ita namque in terris Protestantium Judicia Ecclesiastica, quæ Consistoria vocant, solent formari,
coram quibus causæ Ecclesiasticæ tractantur. *R. J. d. An. 1555.* 108
§. Damit auch obberührte. *Nicol. Myl. de Princip & Stat. Imper. c. 88. n. 1, & c. 20. n. 19.* Ubi tamen etiam locum facit arbitris
à partibus eligendis. Et si partes de Judice convenire ne- 109
queunt, solet Imperator ad Instantiam unius, vel alterius, Commissarios Augustan. Confessioni addictos nominare,

qui

qui causæ cognitionem suscipiant, *Myl.d.c.20.n.20.* Ubi sæpè hoc practicatum asserit.) extra tamen Austregarum ordinationem; quoniam hæc via usitata est, ubi is conveniendus, qui superiorem non recognoscit, quales in hac causa sunt Status Augustanæ Confessionis *Reink.d.c.10.n.50.*
110 Ubi per modum limitationis subjicit: si fortè in causa matrimoniali conventus, litis consortem habeat Ecclesiasticam personam, quod tunc propter causæ connexionem adeundus sit Ecclesiasticiillius Ordinarius Ecclesiasticus.
111 Id quod præjudicio, in causa Jsenburg/contra Würtzburg & Jsenburg/super puncto legitimitatis, coram Archiepiscopo Moguntino, utpote superiore Episcopi Würtzburgensis ventilanda confirmat.

112 Criminales nunc seqvuntur causæ. In quibus itidem dissentientes video Doctores. *Zigler. in commun.*
113 *concl.* §. *Austrega.concl.3.* locum hic facit Austregis: quoniam 1. Ordinatio Austregarum generaliter loquitur de o-
114 mnibus causis. 2. quia aliàs Principes in criminalibus deterioris essent conditionis, quàm privati, si in arduis hisce causis unâ saltem instantia fruerentur, cùm & privati in hi-
115. sce, & ipsi in levioribus plures habeant. 3. quia voce Spruch/ und Forderung/ etiam criminales causæ intelliguntur. *l. ex*
116 *judiciorum.20.d. accusat.l.in criminali.5. C.d. Jurisd. om. jud.* 4. quod appellatio ad Cameram, ab Austregarum judicio concedatur, sed in iis tantummodo causis, de quibus alibi Ordinatio Cameralis provocationem concedit. Hinc certissimè concludi posse: Austregas etiam de iis posse judicare causis, quæ non appellabiles; inter quas autem præci-
117 puas esse criminales. 5. quod ante Ordinationis promulgationem ejusmodi causæ coram Paribus Curiæ, & Principibus fuerint decisæ. Et hanc affirmativam etiam de-
118 fendit, *Limnæ. J.pub.lib.9.c.5.n.61.seqq.* Pro negativa pugnantes,

ex sensu contrario.

Austregæ habent locu in criminalibus.

gnantes moventur. 1. quod Austregarum Judicum constituendorum forma minus apta sit contra facinorum reos: ceu tradit *Denais in adsert. Jurisdict. Camer.* Et ex eo *Reink. lib. 2. cl. 2. c. 16. n 24 d. regim. s. c. & Eccl.* Ex quo etiam infert, 119.
causas fiscales, quæ propter mulctas, pœnasque quas inferunt, pœnales sunt, ab Austregarum Jurisdictione excludi. *O.C.p.1.tit.16.* § Der Käyserl. Fiscal. Consentientem etiam habet *Georg. Schubhardum. tr. d. Austreg. c. 5.* Ubi prætereà 120
addit hanc rationem. quod in Ord. Cameræ principaliter agatur saltē de causis civilib', in quibus scilicet Jurisdictio Cameræ est fundata, excepto unico casu Pacis religiosæ, & profanæ fractæ. E. verba generalia saltem de causis Ci- 121.
vilibus sunt intelligenda. Et ad contraria Respondet 1. quod verbis generalibus non contineantur ea, quæ speciali concessione indigent. *l 1. & 11. d. offic. ej. cui.* quales criminales esse, patet *ex d. l. 1.* Ad 2. quod etiam olim Sena- 122
tores non nisi unicam Instantiam in criminalibus habuerint. Et imò hodiè etiam mediati in iisdem unā saltem Instantiam habent, quia appellatio non recipitur in causa criminali. Ad 3 Resp. quod ita sequeretur, etiam feuda- 124
les comprehendi illa voce, quod tamen dissentientes ipsi negant. Ad 4. Resp. negando consequentiam. Itemq; 125
negando: Judices Austregarum de aliis quoque causis, quam in quibus appellari potest ad Cameram, locum habere. Cùm e contrario Camera multarum causarum cognitionem habeat, quæ coram Austregis ventilari non possunt: Eadem est responsio ad 5. ex qua potius sequi ait, 126
ad Pares Curiæ, quàm ad Austregas pertinere. Cæterùm ex 127
sententia Negantium, ulterius Q. quis igitur Judex sit in causis Statuum criminalibus? neque hîc consentiunt Doctores. Varii autem hîc ponendi sunt casus. In causis 128
fractæ Pacis, fundata est Jurisdictio Cameræ, adeoque vel

K Camera,

Camera, vel Imperator Judex erit. *Ord. Cam. part. 2. tit. 9.*
Limn. lib. 4. c. 8, n. 98. vide inferius latius.

129 Quod si verò Rei sint sub districtu Judicii Rothvvi-
130 lensis, ibi forum sortiuntur. *Limn. d. lib. 4. c. 8. n. 100.* II. In cri-
mine læsæ Majest. & commissæ Feloniæ Imperator est Ju-
dex. Sed an solus? vid. infra de Judicio Aulico. *Limn. d. c.*
131. *8. n. 99.* III. In reliquis criminibus distingvunt: an Status
132 delinquat in suo territorio; an verò in alieno. Hoc casu
sunt, qui statuunt, delinquentem sortiri forum delicti com-
missi, haud secus, ac privatum. Ita vult *Vultej ad l. 1. C. ubi
senat. vel clariss. Ziegler. concl. comm. §. Austrega. concl 3. Li-
mit. 1. n. 1. 2. 3. Rutger. Ruland. d. Commiss. lib. 2. cap. 3. n. 6. J. H.*
133 *Stamler. de Reservat. Imperat. §. 37. n 3.* Idque probant, tum
textibus Jur. Civil. *l. præses. 3. d. offic. Præsid.* ubi delinquens
in alieno pro privato habetur. *l. 1. & Auth. qua in provincia.
verb. omni privilegio cessante. C. ubi de crim. agi oport. l. fin. d.*
134 *accusat. l. non est dubium 11. d. custod. reor.* tum Cameralium
præjudicio. Qui in Comitiis Ratisbonensibus *d. An. 1594.*
consulti responderunt: Wenn eine eintzige Person / sonderlich
die mit Mittel dem Reich unterworffen / auff freyer Landstrassen ei-
nen bößlich erschiessen / oder ander dergleichen Mißhandlung thät /
soll er für den ordentlichen Richter / da er die That begangen / ver-
135 klagt werden. Tum denique exemplis: Cunradini, Ducis
Sveviæ, à Carolo, Neopolitano Rege, trucidati. Item Ma-
riæ, Scotiæ Reginæ, ab Angliæ Regina, Elisabetha, punitæ.
136. Horum verò sententiam multi alii improbant, quos
refert *Limnæ. J. pub. lib. 4. c. 8. n. 103.* Qui quidem statuit, hoc
casu Austregis locum esse, subjicit tamen: posito, Austregas
locum hic non invenire, nihilominùs hoc obtinebit ex Ju-
re communi, quod ejusmodi personæ, si non in Camera, ta-
men coram Imperatore conveniendæ sint, ubicunque lo-
137 corum deliquerint. Quod posterius etiam approbat
Georg.

Georg. Schubh. de Austreg. c. 5. n. 53. propter Constit. Frider. II. & Albert. So ihm eines Fürsten Recht/Ehr/Leib/und Lehnschaft 137
zu thun. Tùm, quia expressè Personis illustribus privilegium fori in criminalibus est concessum: ne in foro delicti conveniantur, *l. fin. C. ubi senat. vel clariss. l. si gravius. 16. C. d. dignit.* Et pro sua sententia etiam allegat *Hilliger. ad c. 20. lib. 17. Donell. lit. H. Item Umm. Disput. 4. concl. 2.* Ad con- 138
trarias rationes respondet 1. ad text. ex J. Civ. allegat. *l. 3. d. offic. Praes.* utpote de privatis delinquentibus loquentē, nō posse trahi ad nostros Principes, dignitatem suam, ubicunq; etiam morantur, retinentes. *Besold. de Jurisd. Imper. Rom. q. 16.* Reliquas LL. allegatas: ut *l. 1. C. ubi de crim.* &c. Limitandas esse *ex l. fin. C. ubi senat. & l. 16. C. d. dignit.* 2. ad 139
Cameralium responsum respondet: illud itidem de privatis delinquentibus loqui, & intelligendum esse, uti clare verba sonant. 3. ad exempla adlata respondet: 1. dubitari 140
adhuc maximopere, an juri illa sint consentanea, & 2. posito, esse non iniqua, Reipub. tamen nostrae, suis LL. & Constitutionibus gubernandae, nullum per ea posse inferri praejudicium. His et ego adstipulor, uti et Dd. placet.

Quod si in proprio territorio delinquat Princeps, vel 141
alius Status; Quidam Cameram constituunt Judicem. *Mindan. Disp. d. Proces. lib. 1. c. 9. m. 1. & m. 3.* Sed hanc opinionem rejiciunt, qui Camerae Jurisdictionem criminalem denegant. De qua re infrà.

Alii statuunt, delinquentem coram Curiâ sua, Cantzeley/und Hoff-Gerichte/quibus se Status hodiè submittere solent, posse conveniri, referente *Limnaeo. J. pub. lib. 4. c. 8. n. 104.* Alii denique & hîc Imperatorem Judicem esse defendunt. *Schubh. d. Austreg. c. 5. n. 45.* vid. infrà. 142 143

Restant causae feudales: has communiter Doctores 144
ab Austregarum Jurisdictione excludunt. *Gail. 2. observ. 1.*

n.54. & obs.29.n.ult. Limn.lib.9.c 5.n.76. Jur.publ. Reink. d. re-
145 *gim. sec.& Eccles. lib.2.cl 2 c.16.n 23.* Ubi allegat rationem: quoniam Austregæ sunt stricti Juris, adeoque non licet eas ad causas, quæ cùm de Jure communi feudórum, tùm de consvetudine totius Germaniæ certos, eosque ordinarios Judices semper habuerunt, in præjudicium feudalis ordinariæ Jurisdictionis, extendere. *Auctor Decis. Cameral. verb. Austregæ. vers. Jurisdictio. Georg. Schubh. tr. d. Austreg. c. 5. n.*
146 *108. qui n.137.* Limitationem subjicit: quod tamen Austregæ locum habeant in causis feudalibus, quando illæ aliàs ad ordinarium Judicem spectant, vel etiam quando lis non propriè ipsum feudum, sed aliam qualitatem, quâ merè Civilis est, concernit. Item *Frider. d. process. extrah.*
147 *c.19. n.20.* putat, Austregas tunc quoque locum habere si Vasallus Dominum pro tali non agnoscere, nec se ejus fidelem profiteri velit, negans, bona controversia ab eodem
148 dependere. Sed alii dissentiunt, & hoc casu Cameram Judicem constituunt. *Myns. cent. 5. obs 75. Limn. J. publ. lib. 9. c 5. n. 75.* Quem verò Judicem habeant causæ feudales infrà dicendum erit.

149 Circa causas quæstio moveri solet: an Rei vindicatio etiam coram Austregis institui queat? *Georg. Schubhart. d. Austreg. c 5.* post multorum opinionum enarrationem, tandem concludit: etiam actiones reales, tàm quoad proprietatem, quàm possessionem, coràm Austregarum Judi-
150 cibus intentari posse. Cæteroquin non negandum putat: esse in electione agentis, vel Austregarum viam ingredi,
151 vel Judicem rerum sitarum adire. Sicut etiam si res sub diversis territoriis sitæ sunt, Austregis, ob continentiam causæ, locum non esse tradit *Schwanm. l.1.c.6.n.7. d. process. Cam. & Observat. Camer. pract. 13.*

15[illegible] Præterea multæ sunt causæ, quæ Austregarum Jurisdictio-

risdictionem effugiunt. Veluti causæ fractæ Pac. tàm religiosæ, ex Constitutione de Pace religiosa An. 1555. in Comit. Augustæ habitis. §. Wir befehlen. *Gail. 1. obs. 1. n. 3. & obs. 2. Limn. lib. 9. c. 5. n. 26. Jur. publ. Schubh. d. Austreg. c. 9. n. 1.* Tum profanæ. *O C p. 2 tit. 9. Gail. 1 obs. 1.*

Et reliquæ omnes, in quibus Cameræ Iurisdictio immediatè est fundata, de quibus infrà.

THESIS IX.

IN secundo ordine sunt Prælati, Comites, Barones, Domini immediati *a* Quibus, quoad forum, etiam annumerantur Nobiles immediati. *b* Hi beneficio Austregarum tùm demum gaudent; quando vel à primi, *c* vel à secundi, *d* seu sui Ordinis Personis conveniuntur. Ab aliis si Iudicio pulsantur, idem illis forum est, quod reliquis immediatis, qui privilegio Austregarum destituuntur. *e* De quibus th. seq.

NB.

SUMMARIA.

1. *Qui Prælati hic intelligantur, exponitur.*
2.3. *Prælati ad Comitia vocantur, non ut singuli, sed ut universi.*
4. *Non omnes Comites & Barones sunt immediati, sed quidam mediati.*
5. *Exempla quædam recensentur.*
6. *Ut & Principum mediatorum.*
7. *Comites & Barones immediati sunt Status, & ad Comitia vocantur.*
8.9.10. *Quomodo procedendum, si secundi ordinis personæ ab aliquo ex primo ordine conveniuntur?*
11.12.13.14. *Quomodo procedendum si secundi ordinis personæ ab aliquo ex suo ordine conveniuntur?*
15. *An secundi ordinis personæ privilegium Austregarum habeant, si à Civitatibus Imperialibus conveniuntur.*

16.17. Negatur per rationes.
18.seqq.usq. ad n.26. Ubi Imperator, ejusq. conjux, vel Rex Romanorum Itemq. Vicarii, Status possint convenire?
27. An in Judicio Austregarum reconventioni locus sit?
28.29.30.31. Affirmatur per rationes.
32.33. Privilegio Austregarum renunciari potest.

1. A. ILli enim hîc intelliguntur, qui sunt Immediati, & Status Imperii. Hinc tradit. *Julian. Magenhorst. ad O.C. p. 2. tit. 5.* verb. Prælaten/ eos hîc intelligi Prælatos, qui regalia, & feuda ab Imperio habent. *Schubh. d. Austreg. c. 3. n. 61.* Quiq; Status Imperii sunt. Quos recenset *Limn. J. pub. lib. 1. c. 7. n. 49.* in Classe Prælatorum, & Abbatissarum. Qui
2. ad Comitia quidem vocantur, non tamen singuli, sed ut to-
3. tum corpus. Et dividuntur in duas classes; Svevicam, & Rhenanam; etsi quidam ex iis aliis Circulis sunt inserti. Multi tamen eorum ab aliis Principibus, & Statibus sunt exempti. Sind ausgezogen/ und werden bey den Reichs-Anlagen
4. theils vertreten/ theils auch nicht. Comites itidem, & Barones non omnes sunt Imperii Status, & immediati, sed quidam aliis Principibus sunt subjecti, & Landsassii. De quibus *in R. J. d. An. 1548.* §. Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung. ibi: So haben wir uns mit Churfürsten/ Fürsten/ und gemeinen Ständen/ und der abwesenden Räthen/ und Gesandten verglichen/ wo einige Graffen / oder Herrn wehren / welche kürtzlich ihre dignitäten erlanget / und dem Reich immediatè nicht / sondern andern ihren Lands-Fürsten unterworffen/ auch nicht Güter ohne Mittel von/ oder unter dem Reich hätten/ daß dieselbe in die Anschläge nicht gezogen &c. Quales sunt sub Domo Austriaca, Co-
5. mites de Hardek; sub domo Burgundica, Comites Nassoviæ; sub Electore Brandenburgico, Comites von Hohnstein/ und Schwed; sub Ducibus Pomeraniæ, & Episcopo Caminensi

nensi Comites von Neugarten/Eberstein/und Massau &c. Vid. *Reink. lib. 1. cl. 4. c. 14. n. 37. d. regim. sec. & eccl. Limn. Jur. pub. lib. 4. c. 4. n. 94.* Eadem est ratio Baronum, quorum quidam sunt immediati. *d. R. J. d. An. 1548.* ibi: So haben wir doch erwogen/daß solche Graffen/und Herrn zu mehrer theil unter ihrem besondern Lands-Fürsten gesessen &c. *Limn. d. lib. 4. c. 5. n. 27. Reink. d. cl. 4. c. 15. n. 66.* Et imò dantur etiam Principes 6.
mediati: quales in Silesia sunt Lignicenses, Teschinensis, & Montubergensis &c. qui Regem Bohemiæ superiorem agnoscunt. Juxta *R. J. d. An. 1530.* §. Demnach hat sich der Durchleuchtige Fürst / Herr Ferdinandt &c. ibi: Oesterreich/Schlesien/Mähren/und andern ihren Erblanden &c. *Arnm. d. Comit. c. 4. num. 123.*

Illi verò Comites & Barones, qui Status Imperii sunt, 7.
ad Comitia quoque vocantur, ast non ut singuli, sed in duas divisi classes, der Schwäbischen / und der Wetterauischen Graffen. Duo etiam vota universi habent. *Limn. d. c. 4. n. 95. Reink. d. cl. 4. c. 14. n. 27. & c. 15. n. 27.*

B. Prout supra th. 6. dictum fuit.

C. Si conveniuntur ab aliquo ex primo ordine, du- 8.
plici modo procedi potest. Vel 1. ut Actor eligat aliquem è Principum ordine Commissarium, non suspectum, neque ultra 12. milliaria à domicilio Rei dissitum, coram quo eodem modo procedendum, ut suprà de Principibus Reis dictum. *Ord. Cam. p. 2. tit. 3.* Vel 2. ut Actor à Reo requi- 9.
rat, quo tres Electores, Duces, ac Principes, non suspectos, nec ultra 12. milliaria. (An hîc intelligantur vulgaria; 10.
an verò legalia? Item, an mensuratio fiat juxta viam regiam; an verò compendiosam? Vid. *Schubb. d. Austreg. c. 6. n. 47. & seqq.*) ab Actore distantes, nominet, ex quibus Actor unum, quem velit, eligat, qui eodem modo, uti jam dictum, procedat. *d. tit. 3.*

D. Hîc

D. Hic itidem duæ viæ actori sunt præscriptæ in *O.C. p.2.tit.5.*

11. I. Est: Actor potest à Reo requirere, ut tres Electores, aut Principes, nō suspectos, nec ultra 12 milliaria distantes, nominet, ex quibus Actor unum eligat, coram quo, dicto
12. sæpius modo, procedatur. Quod si Reus non tres, sed unum tantùm, vel duos nominaverit, cùm ita non satisfecerit legi, beneficium hoc Austregarum amittit, & Actor absque ulteriori requisitione, decurso Mensis spatio, Cameram adire potest, *Gail.1.obs.1 n 35.* ubi præjudicio confirmat. Et
13. ex eo *Limn.lib 9.c.5.n 76.d.Jur pub.* II. Aut Actor potest ab Imperatore, vel, hoc absente, à Rege Romanorum petere Commissarium non suspectum, qui eodem modo in
14. causæ cognitione procedat. Quid si verò Imperium vacet; an à Vicariis Commissarius peti, & impetrari poterit? Affirmat *hoc Georg. Schubh d. Austreg c.6.n.94.& seqq.*

15. E. Idque obtinet, sive à privatis, & subditis, sive à Civitatibus Imperialibus, in tertio ordine constitutis, conveniantur. Adeoque in prima statim Instantia coram summo Imperii Tribunali, cui immediatè subsunt conveniri possunt. *Frider. Mindan lib.1.d proc c.18.* ubi monet sæpè ita
16. in Camera pronunciatum. Sunt tamen, qui contrarium statuunt, ex hac potissimum ratione: quod ita Civitates, & mediati melioris forent conditionis, quàm EE. & Principes, dum scil. iis non liceat, quod Civitatibus licet, ut possint secundi ordinis personas, præteritis Austregis, in Came-
17. ra convenire. Verum hæc ratio tanti non est, ut communem Doctorum sententiam infringere valeat. Quæ fundatur in eo, quod neque in Rubrica, neque in textu *Tit.5.p.2.O.C.* ubi tamen ex professo de hoc privilegio agitur, de Civitatibus, hoc nostro casu, quid dispositum reperiatur. Hinc Ius Austregarum, tanquam Iuri communi, quo aliàs

quilibet

quilibet coram suo ordinario Judice, cui immediatè subjectus, conveniri debet, contrarium, strictè est interpretandum. *Reink. lib. 2. cl. 2. c. 16 n. 16. d. Regim secul. & Eccl.*

Circa personas Jus Austregarum habentes, quærunt: 18.
Si Imperator, ejusque Conjux, vel Rex Romanorum, & Vicarii Imperii talem convenire velint; an coram Austregis id facere necesse haberent? Equidem si Imperator, & dictæ 19.
personæ, non ut tales, sed tanquam Duces, & Status Imperii actionem intentant, dubium non est, quin Jure Statuum etiam uti debeant, adeoque juxta *l. 2. & 5. C. d. Jurisd. om. Jud.* forum rei sequi teneantur, & propterea coram Austregis agendum. Quod suo exemplo probavit Carol. V. qui Marchioni Badensi, ratione Landgraviatus Susenbergensis, litem movens, requisivit à Reo, ut vigore ordinationis, sibi nominentur Imperii Principes. *Buxdorff. ad A. B. concl. 83. lit. a.* Intricatior est quæstio de Imperatore, ut tali, agente: variæ sunt sententiæ. Quidam Palatinum hic fa- 20
ciunt Judicem. *arg. l. 125. d. R. J. l. 38. d. re judic. & arg tt. C ubi causa fiscal.* quoniam scilicet ipse Imperatoris conventi est Judex. Sed hanc opinionem improbat *Buxdorff d. concl.* 21.
82. remque aliter decidit, distingvendo: an causa sit fisca- 22.
lis; v g. si Fiscus contra eximentem agit; & Camera erit Judex. per *text. O. C. p. 2. tit. 20.* præjudicium supra th 4. adductum est: an sit causa feudalis; & Pares Curiæ erunt Judi- 23.
ces. Tùm propter textum *in c. 1. §. sententia. vers. si qua controversia. d. Pac. Constant.* tùm propter consvetudinem Imperii ex *Specul. svevi. lib. 1. c. 23. §. 1. & ex literis Sigismundi, ad Moguntinum An. 1426. datis.*

An sit causa civilis; & dubitat *Buxdorff.* inclinat ta- 24
men eò, quod ex consvetudine Imperii, causa ad Ordines Imperii, & Comitia sit devolvenda. Idque adductis quibusdam exemplis adstruit. Ex quibus tamen, utpote de 25.

causis criminalibus loquentibus observantiam hanc pro-
bari minus posse,autumat *Georg.Schubb d.Austreg.c.4.n.38.*
26 Ubi adjicit: certum esse & constare: Imperatores aliquoti-
es causas,se ipsos concernentes,Statui cuidam dijudican-
das commisisse: prout factum à Matth.II.&Ferd.II in cau-
sa,contributiones Imperii concernente, die Reichs-Steu-
27 ren betreffende. *Schubb.d.c.n.41.* Q. itidem: si quis privile-
gium Austregarum non habens, Statum aliquem coram
28. Austregis conveniat; an possit ibidem reconveniri? Affir-
mat *Theophil. Gisebert. tr. de Reconvent. c.10.* per *text. in O.
C.p.2.tit.4.§ 17.ibi: Actor quoq; si Pralatos.* Itemque per
textus, ubi in quibusdam saltem modis reconventio pro-
hibetur *tit. 4. §. 2.* E in reliquis conceditur. *Schubb.d.Au-*
29 *streg. c.7.n 3.* Sicut vice versâ,Status Jus Austregarum ha-
bens,mediatum aliquem conventurus, coram ordinario
Judice, ibidem etiam reconveniri potest. *Hunn. Disput.d.*
30. *Austreg. arg tit.ult.O.C.p.3.* Ubi in casibus in O. C. non ex-
31. presfis & decisis,remittimur ad Jus Civile commune. Jam
verò textus Jur. Civilis *l.14.C.d.sent.& Interloc. Nov. 96.* ge-
neraliter disponit: quod quis coram eo possit reconveniri,
qui aliàs ratione personæ judex competens non est. Et
nemo,vel ratione privilegii, removere potest Judicem,
quem ipse in sua causa probavit. *l.22.d. Judic. l.2.§.5.eod.*
32. Ultimò hic notari velim: quod à partibus privilegio
Austregarum possit renunciari *arg. l. 29. C. d. pact. l. 18. ff. d.*
33. *Jurisd. Gail.1.obs.1.n.29 Limn.J.pub.lib.9 c.5.n.76.* Quoniam
scilicet hoc privilegium principaliter concernit favorem
renunciantium. *Gail.lib.1.obs.40.* ubi late de renunciatione
fori agit.

THESIS X.

ET ab his Austregarum Judicibus appellatio ad Cameram,vel Aulam Imperatoris admittitur. *a* Sicut & ipsius

ipsius sententiæ, ab Austregarum judice latæ, executio à Camera fit. *b*

SUMMARIA.

1. *An ab Imperatoris Commissariis possit ad Cameram appellari.*
2. *De Commissariis ordinationis affirmatur.*
3. *An verò idem obtineat in Commissariis extra ordinationem datis.*
4. *Affirmatur per præjudicium.*
5.6.7. *Negatur per rationes.*
8. *Gailii decisio traditur.*
9. *An Judices Austregarum habeant Ordinariam Jurisdictionem, remissivè.*
10. *An possint recusari, remissivè.*
11. *An Jurisdictio eorum possit prorogari.*

A. PEr text. *in O. C p.2.tit.6.* An autem à Commissariis 1.
Imperatoris ad Cameram appellari queat? De his 2.
quidẽ commissariis, qui ab Imperatore, vigore ordinationis Austregarum (de quibus suprà in primo ordine, viâ quarta, & secundo ordine, secunda viâ, dictum) dari solent, minus dubii est: propter *d.tit.6.* de omnibus modis hæc disponentem. Sed an idem obtineat in iis Commis- 3.
sariis, qui extra ordinationem, ad petitionem partium, etiam privatorum, per meram delegationem dantur? de his magis disceptatur. Quidam & hîc affirmativam admit- 4.
tunt: quoniam Camera cùm Cæsare concurrentem habet Jurisdictionem, adeoque præventioni locus est. *c. cum plures. d. offic. deleg.* Sicut etiam factum fuisse, in causa Haller/ contra Leipzig. *An.1567.* refert *Gail.1.obs.121.n.3.* Qui itidem 5.
negativam allegat opinionem, hac ratione fundatam: quod hic casus in ordinatione non sit expressus, adeoque 6.
ex Jure communi decidendus. Per *text. l. si cum dotem. 22. sol. matrim. l. quicquid adstringendæ. 99. d. V.O. O. C. p. 3. tit. ult.*

7. Jam Juris communis esse, ut à delegato appellatio non ad alium, quàm delegantem, ejusve successorem fiat. *c. super*
8. *quæst.* §. *porrò.* & §. *fin. d. offic. deleg.* Ipse verò *Gail. d. loco.* inter utramque opinionem, parùm interesse statuit, dicens: Etsi ad Imperatorem appelletur, & appellatio in Aula suæ Majestatis recipiatur; tamē potest Imperator, & plerumq; fieri solet, causam appellationis unà cum actis, & actitatis, coram Commissariis primæ Instantiæ productis, ad Cameram Imperialem remittere. Id quod *Besold c. 4. n. 15. d. appell.* admittit, iis in casibus, ubi Camera concurrentem habet Jurisdictionem.

Tantùm de Austregarum Judicio. Plures alias quæ-
9. stiones, quæ circa hanc materiam tractari solent: Veluti: An Judices Austregarum habeant ordinariam Iurisdictionem? quam latè tractat *Limnæ. lib. 9. c. 8 n. 38. seqq. Schubb. d. Austreg. c. 6. n. 120. Reink. lib. 2. cl. 2. c. 16 n. 20.* An Iudices hi,
10. tanquam suspecti, recusari queant? quod affirmat *Mynſ. 2. obſ. 52. Bernh. Grev. concl. pract. Camer. Imp. 33. Schubb. d. Austreg. c. 6 n. 131.* Quod etiam de Commissariis Imperato-
11. ris, vigore Ordin. Cameræ, datis, affirm. *Gail. 1. obſ. 33. n. 3.* Itemque an Iurisdictio eorum prorogari possit. *v. Schubb. d. c. 6. n. 130. & c. 7. n. 8. seqq.* ne nimis prolixus fiam, Iubens prætereo.

B. *Gail. 1. obſ. pract. 1 n 52. Mynſ. cent. 4 obſ 93.*

THESIS XI.

IN tertio ordine sunt Civitates Imperiales, *a* quæ, licet Status *b* sint, Austregarum tamen Iure non gaudent. *c* Sed in prima statim Instantia (nisi peculiares suas Austregas habeant *d*) in summis Imperii Tribunalibus: Aulico puta Imperatoris Iudicio, *e* vel Camerâ, *f* concurrentem cum illo Iurisdictionem habente, *g* nisi tales sint causæ, in quibus Cameræ Iurisdictio fundata non est, *h* & Imperatoris

peratoris Iurisdictioni sunt reservatæ, *i*) vel etiam Iudicio Rothvvilensi *k*.

SUMMARIA.

1. Civitates Imperii in triplici sunt differentia.
2. Municipales quæ?
3. Imperiales quæ?
4. Mixtæ quæ?
5. Unde mixtæ originem habeant?
6. In quibusdam Imperialibus Principes habent Jura quædam.
7.8. Civitates Imperiales sunt Status.
9. Non gaudent privilegio Austregarum.
10.11. Rationes exponuntur.
12. In Camera conveniuntur.
13. Quædam Civitates peculiares Judices habent.
14. Quod multis exemplis demonstratur.
15.16. Quod Jus non habent ex L. Imperii.
17. Aulicum Judicium est summum in Imperio.
18. Cujus ordinatio traditur.
19. Constat ex Præside, & Assessoribus.
20. Ubi exerceatur, traditur.
21.22. Constituitur ab Imperatore.
23. Cancellaria Electori Mogunt. jurament. præstat.
24. Cujus nomine diplomata subscribuntur.
25. Et Imperator cum eo Judicium Aulicum visitat.
26.27. A Judicio aulico differt der Käyserl. geheimbde Rath / *de quo quædam traduntur.*
28. Cameral. Judicium qua occasione institutum.
29.30. Primum Francofurti, post Spiræ celebratum.
31. Quem in finem fuerit ord.natum.
32. Exercet Jurisdictionem universalem, in omnes Imperii subditos.
33. An ordinariam habeat Jurisdictionem?
34. Alii negant.
35.36.seqq. Alii affirmant, per rationes.
38.& 43. Imperator causas à Camera avocare nequit.
39.& 44. Neq; ipsi Jurisdictionem adimere.

40. *An Camera possit recusari?*
41. *Aliquando recusata fuit.*
42. *Camera concurrentem habet Jurisdictionem cum Imperatore.*
46. *Per modum contractus Cameræ Jurisdictio fuit concessa.*
48. *Statuunt quidam: Imperatorem posse avocare causas in Camera*
49. *Causas spirituales Camera cognoscere non potest.*
50.51. *Limitatur hæc assertio.*
52. *De causis matrimonialibus Camera non judicat.*
53.54.55. *Limitatur assertio.*
56. *Num de causis criminalibus capitalibus?*
57. *Alii affirmant per rationes.*
58. *Alii negant per rationes,*
59. *Et ad affirmantium argumenta respondent.*
60. *De crimine fracta Pac. cognoscit Camera.*
61. *Ut & de crimine, ab ipsis Cameralibus commisso.*
62. *Causæ feudales regalium feudorum Cameræ Jurisdictioni sunt exemptæ.*
63. *Sed num à minorum feudorum cognitione excludatur?*
64.65. *Alii negant per rationes.*
66. *Alii affirmant.*
67. *Actus voluntariæ Jurisdictionis à Camera non exercentur.*
68. *Camera non potest legitimare spurios.*
69. *Nec famam restituere.*
70. *Nec minoribus veniam ætatis concedere.*
71. *Nec de privilegiis Imperatoriis judicare.*
72. *Limitatur hæc assertio.*
73.seqq. *Reservata Imperatoris Jurisdictioni recensentur.*
73. *Ut sunt I. cognitio de Crim. læs. Majest.*
74. *An cognitio hæc soli Imperatori, non adhibito Statuum consensu, competat?*
75. *Quis in reliquis criminibus Judex sit?*
76. *II. Cognitio de feudis regalibus.*
77. *An absq; Statuum consensu judicare de iis possit Imperator.*
77. *Alii affirmant, per rationes, & ad contraria responsiones, remissivè.*
78. *Alii negant.*

79. Quid

79. *Quid statuendum de Judicio, quod appellant:* das Fürstenrecht.
80. *An etiam in possessorio solus Imperator judicet.*
81. *Alii negant.*
82. *Alii affirmant.*
83.84. *Quid si non de toto feudo, sed de parte saltem quæstio sit?*
85. *Num de hisce feudis in arbitros possit compromitti, remissivè.*
86 87. *seqq. Quid si Princeps actione personali, feudum regale concernente, conveniatur, quis Judex?*
91. *III. Jus decidendi sessionum controversias.*
92. *An solus Imperator, non adhibitis Statibus, possit hisce de causis cognoscere.*
93. *Alii negant, per rationes.*
94.95. *seqq. Alii affirmant per rationes, & responsiones*
101. *IV. Cognitio de novis teloniis erectis.*
102.103. *Status controversiæ per casum illustratur.*
104. *Prædictas causas, ut & alias, extra Imperium non potest trahere Imperator.*
105. *Judicium Rothvvilerse in Imperio viget.*
106 *Non habet universalem Jurisdictionem, sed ad certos circulos adstrictam.*
107. *Exercet etiam criminalem Jurisdictionem.*
108. *Neq; per Austregarum Jurisdictionem restrictam esse ajunt.*
109. *Ab eo tamen ad Cameram appellatur.*

A. SUnt Civitates Imperii in triplici fermè differentia. 1.
Quædam dicuntur municipales, quę scilicet Electo- 2.
ribus, ac Principibus Imperii subsunt. Quædam li- 3.
beræ Imperiales vocantur, quæ nimirum non ita subsunt Principibus, sed ab eorum Jurisdictione liberæ, immediatè Imperio & Imperatori subjectæ. *Reink lib. 1. cl. 4. c. 20.*
Mixtæ denique appellantur, quæ partim Imperatorem; 4.
quoad Regalia, aliaq; libertatis jura, recognoscunt immediatum; partim verò, vel ratione territorii, vel certis pactis, & conditionibus, Principibus, ac Statibus Imperii, in quorum territoriis sitæ, vel quibus vicinæ, subsunt, homagiumque

giumque conditionaliter præstant. Juxta *R. J. d. Anno 1548.*
5. §. Solchem zu begegnen &c. Quod inde factum putat *Reink. d.c 20,* quod Carol. M. cum constitueret Episcopatus, Ducatus, Duces, & Comites, iisdem Civitates subdidit, reservatis tamen sibi, & Imperio, præcipuis juribus. *Vid. Besold.*
6. *pract. Thesaur. lit. R.* §. Reichs-Stadt. Et imò dari etiam Civitates liberas, in quibus vicini Principes quædam jura, vel ratione meri, mixtique Imperii, vel Vectigalium, vel salvi conductus, aut similium, vel ex præscriptione, vel pactione cum iis initâ, habent, testis est *Reink. d c. 20. n. 20.* ubi exemplum de Civitate Coloniensi refert; in qua Senatus habet jus coercendi, inquirendi; sed absolvendi, damnandine habet Episcopus. *Sixtin. d. Regal. lib. 1. c. 5 Matth. Steph. lib. 2 p. 2. c. 1.*

7. B. *Limn. J. publ. lib. 7. c. 1. n 45 Reink. d. Regim secul. & eccl. lib. 1. cl. 4. c. 20. n. 24.* quoniam scilicet non solùm immediatè Imperatori, & Imperio subjectæ, sed matriculæ etiam Imperii insertæ, votumque & sessionem in Comitiis habent, ac Imperio contribuunt *Reink. d. l n. 24. seqq.* Hinc
8. *Georg. Schubh. d. Austreg. c. 3. n. 16.* quapropter, inquit, inconcussa manet, & aliis invictis rationibus astricta, innumeris autoritatibus vallata, publicaque, per totum Imperium, observantiâ, approbata sententia: Civitates Imperii liberas, esse Status Imperii, & Jura territorialia obtinere. *Gail. 2. obs. 57. Matth. Steph. lib. 2 d. Jurisdict. Christ. Besold. d. Jurisdict. Imper. quæst. 16. 17. Paurm. lib. 2. d. Jurisd. Imp. rom. c. 2. n. 32. Aruma. discurs. ad A. B. th. 8.*

C. *Reink. d. regim secul. & Ecclesi. lib. 2 c. 16. n. 12. Schubh.*
9. *d. Austreg. c 3.* ubi adducit has rationes: quia in Ordinatione Austregarum de Civitatibus nihil disponitur; Et imò
10. potius *tit. 2. & seqq. O. C. p. 2.* certi ordines sunt expressi, quibus Austregæ ibidem conceduntur, inter quos verò Civitates

tates Imperiales non referuntur; adeoque casus hic omissus relinquitur dispositioni Juris communis. *l 32. C d. appell.* Privilegium enim, utpote Juri communi contrarium, strictè est interpretandum. *arg. l. 1. d. Const. Princ.* hinc non præsumitur, sed allegatum probari debet. *arg l. 14. d. LL. l. quod contra, 141. d R. J.* Propterea forum, quod Civitates Imperiales ante Austregarum ordinationem habuerunt, adhùc habent, ac proinde in Camera sunt conveniendæ. *juxta O. C. p 2. tit. 27. Thom. Mich. d. Jurisdict concl 36. Julian. Magenhorst ad O. C p. 2. tit. 5. Matth. Steph. lib. 2. d. Jurisdict. p. 2 c. 2.* 11. 12.

D. Sunt quædam Civitates, quæ ex privilegio, aut 13.
longissimi temporis præscriptione, singulares Judices in prima Instantia habent. Ita Norimberga primæ Instan- 14.
tiæ Judices agnoscit Civitates, Winheim, & Weisenburg, am Nordgau. Eslingna Judices habet Civitates, Ulmam, Reidlingen & Heilbrunn. Dünckelspiel Iudicem primæ Instantiæ agnoscit suum Ammanum, qui loco Iudicum sibi adjungit quatuor Senatores, ex Civitatibus, Nördlingen/Rotenburg an der Tauber/Schwäbischen Hall/und Schwäbischen Werdt. Ratisbona Civitates, Augustum Vindelicorum, Norimbergã, & Ulmam. *Schubh. d. Austreg. c. 8. n. 15. seqq. Gail. 1. obs. 1. n. 20. Sixtin. d. regal. lib. 1. c. 8. n. 68.* Peculiares itidem Judices habent: Argentoratum, Mülhusum Thuringerum, Wormatia, Schvveinfurtum, de quib. *Paul. Matth. VVehner. simphor. suppl. tom. 6. c. 7. Umm. Disput. 4. ad Process. th. 9. Heinr. Bocer. cl. 6. Disp. 2. th. 88.* Senatus Fridebergensis convenitur coram Burggravio ejusdem loci, & regimine Castri. *Auctor* des gründlichen Berichts/des H. Reichs Stadt Friedeberg &c. *art. 4. n. 88. Reink. lib. 2. cl. 2. c. 16 n. 14. 15.* Hoc 15.
tamen Jus non habent ex L. Imperii, sicut Principes, sed ex speciali concessione Cæsaris, à qua semper Cæsarea Maje-

M stas

16. stas, tanquam concedes, excepta intelligitur. Hinc factum, ait *Reink d. loco*, quod Civitas Wormatiensis contra Commissionem Cæsaris, *Anno 1628.* exceptionem Austregarum opponens, repulsam passa sit, & ad secundam Jussionem Cæsaream *An. 1629.* emissam, coram Commissario Imperatoris respondere fuerit coacta.

17. E. Aulicum Judicium jam ab antiquissimis temporibus summum Imperii est Tribunal. Cui sub Regibus Francorum, Ordinarius Præses erat Comes Palatinus major. Interdùm verò, exigente causæ gravitate, ipse Rex, & Imperator præsidebat. *Lehm. Chr. Spir. p. 65. seqq.* Et licet posteà (quoniam hoc Judicium non omnibus negotiis expediendis sufficiebat) alia Judicia: ut Rothvvilense *An. 1147.* Item Regimentum. *An. 1500.* & tandem Camerale. *An. 1495.* fuerint instituta, tamen præter ea, aulicum adhuc re-
18. mansit. Cujus ordinatio percipi potest ex Capitulat. Ferdin. II. art. 39. Wir sollen/und wollen. ibi: Insonderheit unsern geheimbden/und des Reichs Hoff Rath/mit Fürsten/Graffen/Herrn/von Adel/und andern ehrlichen/nicht allein aus unsern/auch mehrentheils denen/so im Reich Teutscher Nation/und andern Orten erzogen/und geboren/darin begütert/des Reichs-Sachen wohl erfahren/ gutes Nahmens / und Herkommens seyn / alsso bestellen/ damit männiglichen schleunige / unpartheyische Justitz administrirt werden möge. Et clarius, pleniusque, ex Ordinatione Judicii Aulici. *An. 1614. & 1615.* Norimbergæ, coram Deputatis Statuum Imperii lectâ, revisâ, & correcta, quam inte-
19. gram refert *Limn. J. publ. lib. 9 c. 4. n. 34.* Constat verò ex Præside, Vice-Cancellario, & Vice-Præside, & quibusdam Assessoribus, qui in duas classes dividuntur, quarum alteram faciunt Comites, Barones, & Nobiles; alteram Docto-
20 res & JCti. Et exercetur vel in Aula Imperatoris, vel in Comitiis. *Reink. lib. 1. cl. 4. c. 19. n 49. d. regim secul & Eccl.* Quo casu

casu posteriori, Ordinariis Assessoribus quidam è Statibus,
ad decidendas causas graviores, adjungi solent. Cæterùm 21.
ab Imperatore id constituitur, neque Status, quamvis hoc
anteà quæsiverint, impetrare poterant, ut in repræsenta-
tione Assessorum hujus Iudicii concurrerent. Ideoque 22
eorum constitutionem Imperatori concesserunt, hac Le-
ge, ut in Assessorum numerum non solùm Catholicæ, sed
& Augustanæ Confessioni addicti adoptentur, tot, quot
ad causas horum justè determinandas sufficerent. *Instrum.*
Pac. Osnab. c. 5 §. *20.* Cancellaria tamen Electori Mogun- 23.
tino, tanquam Imperii Archi-Cancellario, Iuramento ad-
stringitur. *Reink. d c. 19. n. 46.* Sicut etiam Diplomata no- 24
mine, & Vice Reverendissimi Electoris Moguntini sub-
scribuntur. Et Imperator tenetur, quotannis, vel ad mi- 25.
nimùm biennio, unà cùm Moguntino Iudicium hoc visi-
tare. Capitul. Imper. art. 40. ibi: Seine Majestet wolle ge-
nanten Hoff-Rath gewisse Ordnung und Iurisdiction verfassen
&c. denselben auch Jährlich / oder in zweyen Jahren einmahl mit
Zuziehung des Ertz-Bischoffs zu Meyntz / als Ertz-Cantzler visi-
tiren.

Præter hoc Iudicium, aliud sanctius, & initimius in 26
Aula Imperiali existit, quod vocatur der Käiserliche geheimb-
de Rath; de quo *Reink. lib. 1. cl. 4. c. 19. n. 57. d. regim. sec. & Eccl,*
hæc tradit: causæ, inquit, controversæ, concernentes Im-
perii Status, vel etiam ipsum Imperium, plerumq; agitan-
tur in prædicto Consilio, quod vocatur, des Reichs Hoff Rath,
In quo proceditur usque ad conclusionem, & sententiam.
Et si politicæ concurrunt considerationes, eam non pro-
nunciant, sed prius causam cum voto, mit einen Gutachten/
referunt ad Cæsarem. Quo facto, Cæsarea Majestas com-
muni consilio secreto, in geheimen Rath/ proponit, in quo
non tàm Iustitiæ, & Iuris, quàm Status ratio consideratur,

M 2 utputa;

utputa; an tali, vel illo rerum Statu commodum sit, ita pronunciare? an sine magno Imperii motu, & scandalo, sententia talis executioni mandari possit? Et si difficilis executio, vel alia incommoda timeantur, nō rarò pronunciatio sententiæ conceptæ aliquantisper suspenditur, donec commodior exequendi occasio eveniat. Si verò ejusmodi non occurrunt obstacula non facile receditur à
27 voto Senatus aulici. Hactenus *Reink*. Et super tali processu Status aliquando conquestos fuisse, patet ex iis, quæ Magni Imperii Principis Cancellarius, in quodam tractatu scribit: Also ist/ inquit, ausser dem das Haupt-gravamen, daß von Käiserl. Majest. dem Reichs-Hof-Rath die decision noch darzu nicht absolutè committirt, sondern die wichtigsten Sachen ihm zwar untergeben/ die relationes aber bloß cum voto ad Imperatorem zubringen/ anbefohlen worden/ von der sie dann denen Oesterreichischen geheimbden Räthen/ welche wenigsten Theils von des H. Römischen Reichs anverwandten Ständen/ oder Unterthanen/ sondern Spaniern/ Italiänern/ Wallonen/ und dergleichen Personen zusammen kommen/ uud nicht einmahl dem Reich/ oder dessen Constitution verwiesen/ und verpflichtet &c.

28 F. Cùm, per modò dicta, Aulicum Imperatoris Judicium omnibus litium, & causarum decisionibus non sufficeret. *R. J. d. An. 1552.* §. Zum dritten. Neque Rothvvilense Judicium, à Cunrado. *An. 1147.* institutum, generalem haberet Jurisdictionem Ideò *An. 1495. à Maximil. I.* Imperatore,
29 ex communi Statuum consensu, summū Imperii Judiciū. *R. J.* zu Augspurg. *d. A. 1530.* §. Dieweil nun unser. Primum Francofurti ad Moganum, (ubi etiam eodem Anno, præsente Imperatore, prima Judicialis audientia celebrata fuit. *Gail. lib. 2. d. P. P. c. 1. n. 28. Limn. lib. 9. c. 2. n. 5. J. publ.*) ordinatum, posteà verò, per Decretum, in Comitiis *August. Anno 1530.*
30. §. Darzu meinen und wollen wir. factum, Spiræ Nemetum alligatum,

ligatum, ut ibi fixam sedem habeat, nec, nisi urgente necessitate, dimoveatur. *Ord.Cam.p.2.tit 34. Limn. d.c. 2. n.7. Reink.lib.2.cl.2.c.14.n.74.* Ut ita per hoc Judicium, & Au- 31.
la Cæsarea litium mole sublevaretur, & litigantibus celerius, minoribusque sumptibus, Jus, & Justitia administraretur. *R.J.d. An. 1566.* §. Nachdem dann der gemeine Frieden. *ibi:* Derowegen Unser Käiserl. Cammer-Gericht anfänglich/ damit männiglich mit wenigster Beschwerniß/zu seinem Rechten verholffen werden möchte/geordnet/und auffgerichtet. Ipsique concessa 32.
est Jurisdictio universalis, in omnes Imperii subditos, tàm mediatos, quàm immediatos; in illos potissimùm in appellationum; *O.C.p. 2.tit. 28.* In hos, simplicis querelæ causis, salvis tamen Austregarum privilegiis. *O.C.p.2. tit. 1. & tit. 27.* ibi: Weiter ordnen/setzen/ und wollen wir/ daß alle/ und jede Personen und Sachen/ die der Käiserl. Jurisdiction ohne Mittel unterworffen/und durch sondere Austräge dieser Ordnung/oder anderer Privilegien/Freyheiten/ gewillkührte/ und rechtmessige Gewohnheiten nicht ausgenommen sind/ an den Käiserl. Cammer-Gericht fürgekommen/und gerechtfertiget werden sollen. *Gail.1.obs. 1.n.20.Thom.Mich.d.Jurisdict.concl.36.*

Controvertitur autem: an Ordinaria ejus sit Juris- 33.
dictio? quæ quæstio olim inter Schmalcaldicos acriter fuit ventilata. Minda Civitas, & confœderati cum ea, in suspenso eam relinquere, & præterire maluerunt, quam eo temporis, rerumque Statu, certi quid determinare. *Hordl. lib.7.* Von Ursachen des Teutschen Kriegs/*c.7.n.13.& c.19 n.22.* Argentina verò negandum potiùs, quam affirmandum 34.
putavit. *Hordl.d.lib.7.c.15.* Pomeraniæ verò Duces affir- 35.
mandum duxerunt *d.loco.* Quibus etiam assentiuntur *Reink.d.regim.sec.& Eccl. lib.1.cl.5.c.1.n.13.& lib.1.cl.5. c. 6.n. 162. Gail.1.obs 33.Treutl.vol.1.Disp.12.th.3.tit.6. ibique Bach.* Quia 1. ab ordinatione Imperii, & Imperatoris authoritate 36.

Jurisdictionem perpetuam & universalem habet, quæ autem per Legem tribuitur Jurisdictio, ordinaria est. *Thom.*
37 *Michael.d.Jurisd.concl.33.* 2. quia Jurisdictio Cameræ, mortuo Imperatore, non exspirat. *Buxdorff.ad A.B.th.61.* at delegata Jurisdictio morte delegantis desinit *l.6.d. Jurisdict.*
38 3. quia Imperator neq; causas in Camera cœptas ad se avocare *O C.p.2.tit.35.Reink.lib.2.cl.2.c 14.n.15.* nisi fortè ob circumstantias tales, quales olim in causa proscriptæ Civitatis, Goslariæ, moverunt Carol. V. ut banni Imperialis exe-
39 cutionem suspenderet. *Hordl.lib.1.c 38.* neq; Jurisdictionem, sine Statuum consensu, ei rursus adimere potest. *Reink. d.c. 14.n.17.* at delegata Jurisdictio à delegante potest revoca-
40 ri. *arg.l.58.d.Judic.junct. l.6.§.1.d.offic.Proc.* Exinde infert *Gail.1.obs.33.n.1.* eam non posse recusari, quia de Jure Civili Ordinarius non potest recusari, in hunc effectum, ut planè removeatur, sed si aliqua subsit suspicio, adjunctus ei dan-
41 dus est. *Auth.si verò contigerit.C.d.Judic.* Protestantes tamen eam aliquando recusasse, legitur apud *Gylm. tom.3. symphor.supplic. verb. exceptiones.* Sicut etiam unum, vel alterum ex Assessoribus recusari posse, tradit *Bernb.Grav. lib.1.concl.pract.Cam.Imper.concl.33.per O.C.p.1.tit.13.*

42 G. Nimirum Camera concurrentem habet Jurisdictionem cum Imperatore. Hinc præventioni locus est, id est, si partes prius Cameram, quam Cæsarem adeunt, & citationem petunt, Jure præventionis illa decerni, & causa ibidem agitari potest. *Gail.1.obs.29.n.1.*

43 Qua ratione causas in Camera cœptas Imperator, nec motu proprio, nec ad partis instantiam avocare potest. *O.C.p.2.Tit.35.ibi:* Daß dem Käiserl. Cammer-Gericht/ unverhindert einiger restitution, supplication, Avocation, oder anderer suspension, und Auffschlag/ sein freyer/ starcker/ unverhinderter

hinderter Lauff gelassen / und darwieder nicht gegeben werden &c. *Gail. 1. obs. 41. n. 4. Reink. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 15. seqq.* Quo- 44
niam tùm demùm avocationi locus est, si Princeps liberè potest, quacunque in parte litis, Jurisdictionem Judicis tollere, & eam revocare. *l. 58. d. Judic.* Jam verò Imperator, 45
sine Statuum consensu, non potest revocare Jurisdictionem Cameræ, cum illorum consensu data sit. *O. C. proœm. ibi:* Mit Rath/Zuthun/und Vergleichung bemelter Churfürsten/ Fürsten/und Stände. *R. J. d. An. 1548.* §. Und nachdem wir. *36. ibi:* Mit Rath/und Bewilligung Churfürsten / Fürsten / und gemeiner Stände &c.

Cùm itaque per modum contractus in Ordinatio- 46
nem Cameræ consenserit Imperator, ideò ad ejus observātiam, etiam de Jure communi tenetur. *Gail. d. obs. 41. Reink. d. cl. 2. c. 14. ubi n. 18.* subjicit: se aliquoties audivisse, ipsos Consiliarios aulicos hanc sententiam approbasse. Imò 47
præjudicia adducit, ubi, non attenta avocatione, ulterius procedendi necessitas in Camera partibus injuncta fuit. Sic *Anno 1516.* decretum: Ist der Bescheid/daß/unverhindert der einbrachten Käiserl. Avocation, in der Sachen vollnfahren / und procedirt werden/wie sichs gebührt: und darauff ferner geschehen soll / was Recht ist. In contrariam opinionem novissimè 48
abiit *Berlich. decis. 158.* Cujus rationes latè recenset, ad easque rursus respondet *Limn. lib. 9. c. 2. à n. 60. usq. ad n. 100.*

H. Ut sunt, 1. Spirituales, quæ ad Cameræ Jurisdi- 49.
ctionem non possunt deduci. *Myns. 1. obs. 100. Reink. d. regim. secul. & Eccl. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 41. & lib. 3. cl. 1. c. 10. n. 14.* Quod 50.
tamen limitant I. in causa possessorii. *Myns. 2. obs. 67. n. 2.* v. g. quando quæritur de facto: utrum quis possideat decimas? quoniam possessorium non est spirituale, sed seculare quid. *Gail. 1. obs. 38. n. 3.* II. in causa usurarum, quæ & ipsæ in 51
Camera ventilari possunt. *Limn. J. publ. lib. 9. c. 2. n. 195.*

Ad

52\. Ad Ecclesiasticas causas etiam referuntur matrimoniales, quæ proinde etiam Cameræ Iurisdictioni sunt exemptæ. *Gail, 1. obs 122. n. 17. Rutg. Ruland. d. commiss. p. 1. lib. 2. c. 3.*
53 *n. 3.* Quod si tamen quæstio facti incidat, ut si quis neget, matrimonium fuisse contractum, Camera erit judex. *M.*
54 *Stephani. d. Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 158.* Itemque si causæ matrimoniales inter ipsas personas Camerales sunt agitandæ, Camera cognoscit. Per *O. C. p. 1. tit. 50. Autor decision. Camer.*
55 *verb. matrimonium.* Ubi ulterius addit: in causis matrimonialib⁹, ex capite nullitatis, processus in Camera decretos esse. *Limn. J. pub. lib. 9. c. 2. n. 186. seqq.*
56 II. Causæ criminales, so Leibs-Straff auff sich tragen. *Reink. d. regim. sec. & eccl. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 42. per text. in O. C. p. 2. tit. 28.* §. *Item,* nach dem auch, & *R. J.* zu Augspurg. *Anno*
57 *1530.* §. *Item,* als jetzt etliche Zeit &c. Sed cum alleg. text. de appellationis instantia loquantur; non convenit inter Dd. an etiam in prima Instantia criminalis Iurisdictio denegetur Cameræ? *Frid. Mindan. lib. 1. d. proc. extr. c. 9.* ipsi non denegandam putat. 1 quod exceptio secundæ instantiæ, verificet regulam in prima instantia. 2. quod nullibi inveniantur prohibitæ causæ criminales in Camera tractari, in prima instantia. 3. quod alioquin delicta manerent impunita.

58 Sed *Rutg. Ruland. d. commiss lib. 2. p. 1. c. 3.* contrarium defendit, per rationes. Quia 1. Cameræ nullibi merum Imperium concessum invenitur, absque eo autem nulla est causarum criminalium (imprimis capitalium, de quibus hic) cognitio. 2. quia in tota ordinatione nihil dispositum legitur, quod ad processum criminalem possit referri; nihil de carcere, nihil de tortura, nihil de pœnarum, supplicii que inferendi genere, de quibus tamen debuissent disponere Status, si criminum cognitionem Cameræ conces-

siam

sam voluissent. Hinc 3 ex omnium Assessorum consensu, & 4. ex stylo, observantiaque Cameræ, nunquam ejusmodi controversiarum genus ibi receptum fuit. 5. denique hanc sententiam confirmat specialis exceptio criminis fractæ pacis, item criminum, à personis Cameralibus commissorum, & nullitatis, super processu criminali, intentatæ. Quæ cum in specie permissæ sint Cameræ, reliquæ non permissæ intelliguntur. Ad rationes contrarias respondet idem: 59
ad 1. nullam esse consequentiam: Causæ criminales capitales, so Leibs-Straff auff sich haben/ non possunt per appellationem devolvi ad Cameram. Ergò possunt per viam simplicis querelæ. Sed hoc sequitur: ergò criminales non capitales possunt per appellationem eò devolvi. ad 2. quoniam absque speciali concessione, hanc cognitionem non habet Camera, ideò non opus fuit, ipsi specialiter denegare. ad 3. itidem nullam esse consequentiam, cùm omninò Imperator judex esse posit.

Cæterum excipitur I. crimen fractæ pacis, cujus co- 60.
gnitio ad Cameram spectat, ut infrà dicetur. II. cognitio 61
criminis, ab ipsis personis Cameralibus cōmissi. *O.C p.1. tit. 50.* Et quidem si crimen capitale, Camera reum condemnatum remittit ad judicem Civitatis Spirensis, ut executionem faciat. *Thom. Michael. de Jurisd. concl. 75.* sin verò delictum non sit capitale, ipsa Camera punit delinquentem, nec ad Senatum Civitatis remittit. *Mynſ. 5. obſ. 52 Limn. lib. 9. c. 2. n. 185. Reink. lib. 2. cl 2. c. 14. n. 43.* III Causæ feudales: Et 62
quidem de feudo regali dubium non est, propter *text. O.C. p.2. tit. 7.* ibi: Ob auch Sachen fürfühlen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften :c. belangende/ so von Reich zu Lehn rühren/ so einem Theil gäntzlich/ und endlich abgesprochen werden sollen/ derselben Erkentniß wollen wir der Käiserl. Majest. oder Ihrer Liebde/ und Käiserl. Majest. Abwesens/ Uns/ als Röm. König hierin/

doch sonst in andern Sachen dieser Ordnung unabbrüchig / vorbehalten haben. *v. Reink. lib. 1. cl. 4 c. 19. & infrà.*

63 Sed de minoribus feudis Imperii non convenit: an ab eorum cognitione Camera excludatur; an verò cum Imperatore concurrat? posterius amplectitur *Gail. 1. obs. 29.* ubi refert, ad propositam hac de re quæstionem, à Cameralibus ita fuisse conclusam: ratio, quia feuda regalia expresse sunt excepta, ergò in casibus non exceptis statur di-
64 spositioni juris communis. *Gail. d. loc. n. ult.* Hancque sententiam multis præjudiciis, super causis feudalibus, inter personas immediatè Imperio subjectas, latis, Camera confirmavit. Ut in causa Bredenrodt / contra Michael Gülles / 4. Sept. An. 1551. Item, in causa der Welschen / contra Nassau / An. 1541. Item in causa Schönburg / contra Wolff Hallern / 15. Nov. An. 1566.

65. Huic sententiæ accedit etiam *Hartm. Hartm. pract. observ. lib. 2. tit. 54. obs. 42.* & novissimè *Johan-Heinric. Stam-*
66. *ler. tr. de reservat. Imperat. romano-germ. §. 38. n. 2.* Contrarium verò tenet *Leopoldus tr. d. concurr. Jurisdict. quæst. 6.* suamque assertionem quibusdam rationibus probare conatur, quas etiam recenset *Limn. lib. 9. c. 2. n. 157. seqq.*

67. IV. Camera etiam non potest exercere actus vo-
68. luntariæ Jurisdictionis. *Reink. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 36.* Quò refertur legitimatio spuriorum, quam jam antè Impp. Romani sibi reservârant. *Nov. 89. c. 9.* Et hodiamnum inter Reservata Principis numeratur. Hinc Imperator vel ipse immediatè, vel per alios, quibus specialiter hanc potestatem concedit, ut Comites Palatinos, expedire solet. *Carpzov. p. 2. c. 6. d. 16. Thom. Mich. d. Jurisdict. concl. 32.* Qui Frider. Mindanum. *lib. 1. c. 12. d. process. Cam.* hoc jus Came-
69. ræ largientem, propterea reprehendit. Pertinet huc etiam famæ restitutio. *Thom. Mich. d. con. 32. lit. b. Reink.*

lib.

lib.2.cl.2.c.14. num.37. Ubi ex *Auctore prajudic. Camer. verb: Cæsari reservati.* refert, judicatum ita fuisse 18. Decemb An 1535. Itemque huc refertur, minoribus veniam 70
ætatis concedere. *Reink. d. n 37, Thom. Mich. d. concl. 32.* Ubi exemplo hoc illustrat, Caroli, Lotharingiæ Ducis, qui Postulatus Episcopus Metensis, ad consequendam investituram, & administrationem Episcopatus, in Aula Imperatoris Pragæ, veniam ætatis impetravit.

V. Jurisdictioni Cameræ etiam eximunt cognitio- 71
nem de privilegiis Imperatoriis, de eorum scilicet validitate, & invaliditate. *Reink. d. c. 14. n. 37.* Quod si verò de 72
valore & substantia privilegii constat, & alia fortè quæstio, non Principem, sed tertium quendam concernens, incidat, sicut quilibet ordinarius magistratus, ita Camera quoque cognoscere potest. *Thom. Mich. concl. 31 lit. b.*

I. Quales sunt 1. Cognitio de causis criminalibus 73
immediatorum. Quod quidem de crimine læsæ Majestat. & feloniæ commissæ, minus dubii est. Id tamen inter Dd. 74
non convenit: an cognitio hæc soli Imperatori, non adhibito Statuum consensu, competat? *Limn. Jur. pub. lib 4. c. 8. n. 99.* ait: Capitulationis, & æqualitatis rationem svadere, ut Imperator adhibeat Electores, vel Status Imperii, inque hanc rem adducit Electorum, Saxoniæ, & Brandenburgici literas, ad Imperatorem An. 1623. d. 12. Martii. datas ibi: Es wollen die Lehnrecht / wenn eine differentz sich zwischen den Lehnherrn/und Lehnmann ereignet/ dieselbe per pares Curiæ, die gleiches Schilts/ und Nahmens/müsse decidirt, und erörtert werden/wie vielmehr aber in Bestraffung hoher/und grosser Personen/solten die jenigen/inhalts der Capitulation, zu recht gezogen/ und befragt werden / die E. Käys. Majest. innerste/ und geheimste Räthe/und dem jenigen an Standt/ Ehr/ und dignität gleich/ der bestrafft werden soll.

75 In reliquis criminibus quis judex sit, non satis constat, uti suprà *th. 8 n 127 seqq.* latè fuit expositum: ubi alii Austregas, alii Cameram, judicem constituunt. *Stamlerus. verò tr. de reservat Imperat. rom germ.* § 37. utrumque negans, admissa distinctione: an in alieno, an verò in suo quis delinquat, hoc casu neminem delictorum corporis afflictivorum, nisi Imperatorem judicem esse statuit, idq; probat, tùm ex antiqua observantia, tùm ex Friderici II. Constitutione, ibi: Daß/wo es an eines Fürsten Leib/oder Ehren gehe/daß wolle/oder solle der Käiser selber richten/ auff die Weise/ wie es in den H. Reich von uhralten Zeiten herkommen.

76 II. Cognitio de feudis regalibus, per *express. text. in O.C.p.2.tit.7 per totum. & Ordinat. Regiment. VVormat. An. 1521.* Tit. Römischer Königl. Majest. Regiment 2c. §.7. ibi: Ob auch Sachen fürfühlen/Fürstenthumb / Graffschafften 2c. belangend/so vom Reich zu Lehn rühren/und endlich gesprochen werden sollen / derselben Erkentniß wollen Wir uns hierin auch vorbehal-
77 ten haben 2c. Acriter autem hîc disceptant Dd. an Imperator solus, an verò adhibitis demum Statibus Imperii, tanquam Paribus Curiæ, judex sit? utriusque sententiæ rationes latè recenset *Limn. J. pub. lib. 2. c. 9. n. 32. seqq.* tandem verò ipse posteriorem amplectitur, & ad contrarias rationes latè respondet. à *n. 55. ad n 77.* Huic accedunt *Ziegler. comm. conclus. 9.* Austräge. *Lehm. Chron. spir. lib. 2. c 9.* idque authoritate des Fürstenrechts. de quo *Goldast. tom 3. Constit.*
78 *Imper. lat. fol. 441.* Contra tamen Limnæum acriter pugnat novissimè *Heinric. Stamler. tr. d reservat. Imperat. rom. germ.* §. 38. ubi ait: Ius illud, quod appellant das Fürsten-Recht/ nullibi, neque in A.B. neque Recessibus Imperii, extare, aut inveniri, adeoque fictitium potius, & cerebrinum, quàm
79 verum putat. De hoc lubet Magni Viri apponere Iudicium. Vor alters/inquit, haben die Fürsten ein sonderlich Gericht

richt gehabt / welches das Fürsten-Recht genennet worden / und so denn von einem Röm. Käiser / als Præsidenten / aus lauter Fürsten-messigen Beysitzern nidergesetzt worden / wenn die Sache deren Ehre / Leib / oder Lehn / in Teutschen Landen gelegen / betroffen / von welchen der *Autor. Dissertationis. de ratione Status Imperii Romano german.* weitlaufftig. Es ist aber dasselbe / wie bey steigenden Wahlrecht des Käiserthums / und Zunehmen der Theilhabung der Stände / an den juribus majestaticis, gewachsen / also bey der Käiser wiedrigen Beginnen / und verlangten Vermehrung eines höhern Gewalts / allerdings über einen Hauffen gefallen / also daß man von denen vestigiis fast nichts mehr wissen will. Cumque his faciunt *Thom Mich. d. Jurisdict. th. 28. Gerl. Buxtorf. ad A. B. th. 62. & alii.* Quærunt etiam, an cognitio harum 80
causarum Imperatori, non solùm in petitorio, sed etiam possessorio sit reservata? Quidam negant, & ratione pos- 81.
sessorii Cameræ concurrentiam admittunt. *Reink. d. regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl 4 c. 9. n. 69 seqq.* propter vocab. gäntzlich / und endlich / quæ in *allegat. Tit 7. O C. & § 7. Ordin. Regim.* habentur, quæque ad possessorium referri non posse, ajunt. Sic statuit etiam *Thom. Michael de Jurisdict th. 28.* Alii af- 82.
firmativam tuentur: inter quos est *Limn. J. publ lib. 2. c 9. n. 80. seqq.* ubi ad objectiones respondet: quod vocabula: gäntzlich / und endlich / omninò etiam de causa possessorii usurpentur. Cui adstipulatur etiam *Heinric. Stamler. d. tract. §. 39. per text. O. C. p. 2 tit. 21.* ibi: Daß sich ieglicher für einen Besitzer des bestreitigten Guts / oder Gerechtigkeit hielt / und des redliche Anzeig hätt / des sollen beyde Theil zu endlichen Austrag / für das Käiserl. Cammergericht kommen / und solcher Irrung / oder streitigen Gewehr / oder Posses, sich daselbst endlich mit Recht entscheiden lassen, &c.

Sed an idem obtineat: si non de toto ejusmodi feu- 83.
do, sed de parte saltem ejus, lis moveatur? *Sixtin. d. regalib.*

84 *lib. 1. c. ult. n. 18. negandum putat.* Alii verò affirmativam amplectuntur: quia idem, quod in toto, etiam in parte statuendum est, nisi evidens diversitatis ratio reddi possit. *l. 76. pr. d. R. V. Stamler. d. tr. d. Reserv. Imperat. §. 39. Reink. d. regim. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 4. c. 19. n. 119. seqq. Paurm. d. Jurisdict. lib. 2. c. 5. n. 96.*

85. Num verò de hisce feudis in arbitros potest compromitti? N. *Reink. d. l. n. 123.*

86 Q. denique si Princeps actione personali, feudum tamen regale concernente, conveniatur; quis tunc Judex?

87. Casus talis erit: Si confrater (in casu scil. confraternitatis) contra pacta Principatum alienaverit, in præjudicium cõfratris, tunc confratri competit actio personalis adversus alienantem, ad id, quod interest, sicut statuit *Carol. ab Hagen. Jurisprud. publ. lib. 2 c. 7.* quoniam, inquit, prohibitio inter vivos non impedit translationem dominii, adeoque confrater nullum jus in re ista habet, ac proinde actionem realem nequit instituere, nisi hypotheca accesserit, vel generalis omnium bonorum, vel specialis certæ alicujus rei. *Ro-*

88. *senthal syntagm. feudal. c. 7. concl. 25.* Hoc præsupposito, concludit idem Carolus non solùm Imperatorem, sed vel Au-

89. stregas, vel Cameram Judicem esse. Alii verò dissentiunt; statuentes, tali casu realem competere actionem contra quemvis possessorem, ratio, quoniam Principum, & Ducũ Imperii contractus perinde, ut Imperatoris. *l. donationes. 26. C. d. D. int. V. & V.* legis vim obtineant, quippe qui in suis

90 territoriis Imperatori æquiparentur. Jam verò ubi à Lege, aut Constitutione aliquâ prohibita fuit alienatio, impedit illa prohibitio dominii translationem, actionemque realem parit, quâ à quolibet possessore, res alienata revocari potest. *l. peto. 69. § 3. d. legat. 2. l. 114. § 14. & 15. d. leg. 1. Gail. lib. 2. obs. 16. Menoch. consil. 63. n. 21. 22.* Hoc præsupposito, dicendum: hoc quoque casu Imperatorem esse Judicem.

III. Re-

III. Reservatum est Imperatori Jus decidendi ses- 91
